Constitutiones Synodales Ecclesiae Vercellen.

IAcobus carrarinus canonicus eccle
ſiæ collegiatæ loci Bugellæ Reueré/
diſſimo in Chriſto patri & domino
dño Auguſtino ferrerio dei gratia
Epiſcopo Vercellenſi & comiti do/
mino meo felicitaté & honoris aug/
métum. Conſtitutiones ſynodales
dudũ a Venerañ. uiris dominis fabiano de Bays Canoni/
co & Vicario & Io. de gromis Archipreſbitero eccleſiæ Ver
cellenſis decretoꝝ doctoribus preſidente tunc eidem tuæ ec
cleſiæ bo. me. Reueŕediſſimo. d. d. Io. Stephano germano
& predeceſſore tuo tituli ſanctorum Sergii & bachi preſby
tero Cardinali bononieñ. digeſtas utilitati conſacerdotum
meorum facere ſatis cupiens in unum uolumen pater Re/
uerendiſſime collegi: quas ne ſcriptorum penuria occultio
res faceret: Impriméďas tradidi: Dignitaté tuam Deꝰ om
nipotens tueatur.

AVguſtinus ferrerii dei & apoſtolicæ ſedis gratia epiſcop⁹ Vercellenſis & Comes. uniuerſis & ſingulis noſtræ Dioceſis tam clericis q̃ Laicis ſalutem. Iniūctæ nobis debitum ſeruitutis expoſcit: ut ad reformandos preſertim in clero mores: prout nobis ex alto permittitur paſtorali ſolicitudine ſolertius Intendamus/Sane q̃uis propterea p p̄decefſores noſtros nónullæ ſynodaticæ cóſtitutiones: quibus humana fragilitas (ad malum utiq; ꝓdiua) ſub iuris & modeſtiæ regula retineret̃ dudum factæ publicatæq; fuiſſent. Quia tamen propter eorum prædeceſſorum noſtrorum a Vercelleń. ecclesia diuturnam abſentiā nec non intermiſſum uiſitationis fructuoſum officium per non uſum ſublatæ uidebāntur. Nos pro debito paſtoralis noſtræ ſolicitudinis: ne quod damnabile eſt: mercenarii locum tenere uideamur: uti tenemur: Ita cupientes mores reformare: Et uirtutes Inſerere/ad dei honorē In prima ſynodo in pōtificatus noſtri anno præſenti Milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo. Indictione quinta Et die uigeſimo ſexto mēſis Aprilis in palatio noſtro apud eccleſiam Vercelleń. congregata habitaq; ſuper hiis cum uenerabilibus fratribus noſtris Canonicis eccleſiæ p̄fatæ: nec non ſacerdotibus: qui tunc aderant matura deliberatione: ac de eorundem conſilio & conſenſu infraſcriptas conſtitutiones Numero quinquaginta iam pridem cum fe. re. Ioan. Ste. Sanctæ. Romāæ eccleſiæ

presbyter Cardinalis Bononiẽſis frater noſter huic eccleſiæ præeſſet æditas nonullis ſicuti expedire uidebatur additis in unum libellum redactas: quas obſeruari uolumus & mãdamus: fecimus & publicauimus.

De Synodi congregatione .i.

SYnodi congregationem non mo/do utilem: ſed neceſſariam ſacri Canones annis ſingulis celebran/dam ſtatuerũt. Nos itaq; commo ditati eccleſiaſticorum Illi ĩtereſſe debentium in hac parte conſulen/tes Statuim⁹: ut ſaltem de biẽnio in biennium ſecunda feria poſt dominicam: in qua cantatur ego ſum paſtor bonus: Coram nobis aut Vicario noſtro generali Synodus ipſa celebre/tur: In qua omnes abbates: præpoſiti: archipreſbyteri: priores: plebani: cæteriq; rectores eccleſiarum ciuitatis & diocesis noſtræ Vercellenſis: & prout hactenus conſuetum eſt: pſonaliter ĩtereſſe procurẽt cotis ſeu ſuppellitiis induti ſub pœna uiginti groſſorum. Comparẽtes autem inſcriptis per ſecretarium noſtrum reddigi uolumus: qui pro labore ſuo tantum quartos duos pro quolibet & nõ ultra exigere poſ/ſit ſub pœna dupli.

De teſtibus Synodalibus. .ii.

DE correctiōe morum inter cætera in synodo ipa tractetur: & ꝑpterea testes: qui synodales uocātur: ordinētur duo: tres uel quattuor: aut si uidebitur: sex secūdū dum amplitudinem parrochiarum: qui per anni circulum diligenter Inquirant super hereticis: apostatis: sortilegiis: diuinationibus: Incantationibus coniurationibus: blassemiis: publicis adulteriis incestis: cōcubinatibus: matrimoniis clandestine uel illegitime contractis: & de hiis: qui nō confitenť & non cōmunicant saltem semel in anno & aliis publicis delictis diuinā maiestatē grauiter offendentibus. Et qui nobis uel Vicario nr̄o eadem referāt: aut in ꝓxima synodo denūciēt: ut sup hiis opportuna ꝓuisio fieri possit.

Ne quis ecclesias: capellas uel altaria noua erigere uel cōstruere præsumat sine licētia iii.

LIcet dudum fuerit canonica cōstitutione uetitum: ne quis ecclesias: seu capellas de nouo cōstruere seu ædificare: uel altaria in ecclesiis passim erigere sine licentia diocesani ꝓpria auctoritate præsumat: Nihilominus quia quorūdā p̄sumptuosa temeritas in sacroꝝ canonū cōtēptū omissis ecclesiis deo dedicatis & delibutis capellas ī campis ac locis aliis ꝓ suæ uoluntatis arbitrio cōstruere & celebrare in eis & seu celebrari facere p̄sumūt. Quidā uero ī ecclesiis: in qbus sunt altaria in locis cōgruis cōstructa & consecrata. noua altaria auctoritate ꝓpria erigere & altarib' cōsecratis dimissis sup ipis ꝓfanis nō cōsecratis temere & aliquādo sup tabulis portatilib' seu mēsis cessante necessitate

celebrare præsumunt: uolentes igitur huiusmodi temera/riis ausibus pœnarum additiōe de cætero obuiare: sub pœ/na decem ducatorum: quā contrafacientes ipso facto incur rant: & fabricæ episcopalis applicetur: inibem⁹: ne quis de cætero audeat nec præsumat ecclesiam aliquam nec capel/lam ædificare seu cōstrui facere: nec altare in ecclesia consecrata erigere: nec in sic cōstitutis celebrare/seu celebrari fa/cere audeat sine nr̄a uel uicarii nr̄i generalis licētia speciali.

De promouendo ad ordines. iiii.

ET quoniā tales ad dei mysteria eligendi sunt: q pos sint deuote dn̄ica sacramēta pagere: Nullusq; ordi/nādus sit: nisi prius illius uita: ætas & modestia diligenter inuestigetur si sufficiēter: siq; in lege dei instruct⁹ existat: Abusum hoc ideo pmoueri cupien̄: qui pridie tantū āte or dinationē cōuēire cōsueuerūt: quo breui tpis spatio de sin/gulis pdictis minime inquiri pōt: & ppterea ob cōuenietiū importunā multitudinē quod accurate tractādū pagēdūq; est: psunctorie expedire necesse est: reprobātes: Statuim⁹: ut deinceps omnes: q ad ordines pmoueri desyderant: & præsertim sacros: in qb⁹ uolumus maiorē cautellā: maiusq; studiū adhiberi pdie ante ordinationē ad ecclesiā ubi ordi/nes celebrari cōtinget: una cū presbyteris: aut aliis idoneis testibus eorūdam uitam notā habentibus/qui eos repsen/tent: conueniant: ut a nobis: uel quibus ad talia exercitatis cōmittendum duxerimus: diligenter examinati: qui proba ti fuerint & idonei tm̄ admittantur & promoueantur.

De habitu sacerdotum. v

OPortet ꝓpterea clericos: qui diuinis sunt mancipati seruitiis præsertim in sacris ordinib' cõstitutos etiã habitu professionẽ suã ꝓbare/Quare quorũdã cõsuetudinẽ comã nutrientiũ/ & barbam & aliorũ abusum nihil de clericali militia in corona & uestibus prætendentium: aliorum autem: q sine oppimẽto & sacerdotali ueste in publicũ procedere non erubescũt/& in uestiũ summitatibus uariorũ ornamẽta colorꝝ apponũt: refrenare cupientes/ut quos dei timor a malo nõ reuocat: saltem pœna coherceat disciplinæ: statuimus & sub excõis ac unius floreni auri pœnis mandamus/ne qsquã in sacris ordinib' cõstitut' comã nutrire audeat aut Barbam: sed coronã atq; tonsurã deferat cõgruentes. nemo ꝑterea birretũ laicorꝝ more plicatũ deferat: sed neq; pãnis rubeis aut uiridibus a nullis aureis aut cæteris a iure minime ꝑmissis uti ꝓsumat nisi qb' competit ex officio dignitatis: nullusq; Insup in eisdẽ sacris ordinib' cõstitutus in publicũ absq; opperimẽto & sacerdotali ueste ꝓdire audeat/aut in uestiũ summitatib' uariorꝝ ornamẽta colorum præsumat apponere sub ꝓfata pœna.

De conseruando uiatico. vi.

COnsiderent sacerdotes/sed ꝓsertim ꝓchialium ecclesiarꝝ rectores: quale ministeriũ sit: eis creditũ: & q̃ta ueneratione sacratissimũ xp̃i corpus dignũ sit illud igitur tam uenerandum atq; omni affectu adorandum sacratissimũ eucharistiæ sacramẽtũ: qd p singulos octo dies inouabũt tute decẽter & reuerẽter in uenerabili loco ad i eorũdã ecclesiis deputato. cũ cõtinuo lumine cõseruare studebũt.

Cũq; tã salutare uiaticũ tãq; salubrem & spiritualiter cibũ ad ægrotantes deferri cõtinget: pulsata pri⁹ cãpana p signo rector aut illius subrogatus suppellitio indutus stollã collo ex utraq; pte ante se pẽdetẽ sup imponat: ac sic illud cũ cæreo ardente & paruo tintinabulo pcedẽtibus: ad ægrotum cum deuotione deferens procedat. Nos uero ut xpi fideles ad uenerandum tã excellentissimum sacramentum promptius pro suarum salute animarum inducantur: præter qnquaginta dies/quos sacrosancta basiliensis synodus his: q deuote ipm dominicum corp⁹: dum ad ægrotum defertur: cum lumine comitarentur: cõcessit & condonauit quadraginta alios similes indulgẽtiarum dies elargimur & de iniunctis pœnitentiis in domino relaxamus.

De modo cõseruañ. Sãctum chrisma & oleũ infirmorum atq; cathecuminorum.

¶Prouideant etiam rectores & ministri ecclesiaꝝ: q Sãctũ crisma: oleum cathecuminoꝝ/& infirmoꝝ sub claue fideli: loco honesto & singulari reuerenter conseruetur: ne ad illa possit temeraria manus extẽdi: hũc autẽ locum/de quo dictum est: qui nõ habuerit infra tres menses: hr̃e pcuret sub pœna unius floreni fabricæ mensæ epãlis applicañ.

De honorando Sancto chrismate

¶Procurent insuper præfati rectores ut q̃ citius fieri poterit: infra tamẽ dies quinq; festum sanctissimæ resurrectionis immediate sequentes destinare nũciũ clericũ prudentẽ & fidelem atq; deuotum cũ uasis mundis ad capiendũ sa-

crū crisma: catheeuminoꝝ & extremæ unctiōis Sctissimū oleum/negligentes nr̄o arbitrio puniēdos reseruamus.

De ecclesiarum munditia. vii.

SVnt nonnulli tam negligentes: qui ecclesias incultas tenent: illasq; suppellectilibus & aliis cōmunibus rebus/quibus Laicales domos replent. Alii etiā uasa & ornamenta ad diuinum cultum necessaria non solum indecentia & a catholicis episcopis minime benedicta: sed etiā immunda. Altaria insuper nuda penitus tenent nullis decenter cooperta mapulis: hanc igitur tantam in domo dei negligentiam moleste ferentes/ Statuimus ut ecclesiæ oratoria: uasa omnia & uestimenta ad diuinum cultum necessaria/Sed præsertim corporalia culta & munda ac a catholicis episcopis benedicta amodo teneantur sub pœna duorum florenorum totiens cameræ nostræ irremissibiliter applicanda: quotiens rectores in præmissis culpabiles inuēti fuerint & negligentes: quæ quidem uasa atq; ornamenta nulli alteri humano usui applicare præsumāt: sed cum fuerint uetustate Ita consumpta: ut amplius diuinis misteriis apta minime uideantur comburi & cineres in sacrario poni Iubemus sub pœna præmissa.

De prædicatione uerbi dei. viii.

ET quoniā uerbi diuini prædicatio: quæ admodum necessaria est ad parrochialium ecclesiarum recto/

res maxime ſpectat: Statuimus: ut pro maiori inſtructiõe ſua qlibet rector habeat libellum explanatiõis euãgelioꝝ: quẽ omeliariũ uocant: alios etiã libros: prout dabit dñs fa/cultatem: & ſecundũ grãm eis a domino datã ſtudeãt ple/bem ſibi cõmiſſam in præceptis doctrinæ xp̃ianæ dirigere: utq; fructuoſior ſit illoꝝ prædicatio: & ne a plebib' cõtem/nantur: procurent ſeſe adiuuãte domino irreprehenſibiles exhibere: & immaculatos ab hoc ſæculo cuſtodire.

De ſacerdotum munditia. ix.

DOlenter referimus: ſed ſunt pleriq; ſacerdotes: qui ſuæ p̃feſſionis ĩmemores ſuæq; famæ p̃digi in ſcandalũ puſilloꝝ ſic in p̃priis obſcænitatibus inſorduerũt: ut publicis mulierculaꝝ amplexibus ſe cõmaculare aut alias ſuſpectas mulieres in propriis domibus tenere minime erubeſcant: nos igitur aduerſus huiuſmodi immũdos ſacerdotes pœnas in ſacroſcã baſilien. ſynodo cõminatas innouantes eoſdem a fructuũ ſuoꝝ bñficioꝝ pceptione/ſuſpẽdim' ip̃o facto: quos quidem fructus in ſuaꝝ eccleſiarum reparatione cõuerti uolumus & mandamus.

De præparatiõe & forma celebrationis miſſaꝝ. x.

INter cuncta eccleſiæ ſacramẽta Illud cõſtat eſſe p̃cipuũ: qđ in miſſæ officio ſup mẽſam altaris celebratur: celebraturus Itaq; offerat altiſſimo ſacrificium illđ: de quo pſalmus ait. Sacrificiũ deo ſp̃ũs cõtribulat': & apoſtolus exhibite corpora ur̃a hoſtiã uiuẽtẽ ſcãm deo placentẽ:

ut sit rationabile obsequm uestrũ: hostia nisi sit sine macu la minime cõsecretᷣ. Attẽdat insuper: ut calix pariter ĩteger sit: & mũd⁹ & palæ corporales: Purificatoria: necnõ & alta ris Mappæ seu tobaliæ nitidæ sint/atq; si tabula altaris mo ta sit uel enormiter fracta.

De una tantũ missa in die celebranda. xi.

Vm felix sit: qui digne unã missam in die possit ce lebrare: penitus prohibem⁹: nec quis secundã pro quæstu aliquo celebrare p̃sumat: nisi ĩ casib⁹ a iuř expres/ sis: uel nostra seu Vicarii nostri speciali licentia p̃cedente/ contrafacientem pœnam uiginti grossoꝝ ac suspensionis a celebrantione per mensem incurrere uolumus.

De potestate eligendi cõfessorem. xii.

Oncedimus q̃buscunq; sacerdotib⁹ nr̃æ dioc. ut to/ tiens: quotiẽs eisdẽ uidebitur idoneũ cõfessorẽ sæ/ cularẽ uel cuiusuis ordĩs regularẽ eligere possint: q̃ iniũcta prius pœnitẽtia salutari eos absoluere ab omnibus pecca/ tis præterquã a censuris a iure communi uel Synodali aut prouintiali constitutione seu ab homine promulgatis & ca sib⁹ nobis reseruatis possit.

De bastardis secum nõ tenẽdis. xiii.

Voniam sunt pleriq; (quod dolendum est): qui in fornicationem lapsi nõ uerentur amore filiorum de uicti crimen suum in palam deferre: eosq; secum in p̃priis laribus retinere/ob id statuimus ne quisquam presbytero/

filios de cætero sic: ut supra genitos secum detineat: nec eos quoquomodo sibi faciant famulari. Si quis autem deinceps contra hanc constitutionem nostram fecerit: pœnam duorum ducatorum incurret.

De negotiatione nõ exercẽda. xiiii.

NEmo militans deo ait apostolus: se negotiis debet tẽporalib' implicare: unde antiquorum canonum statuta innouantes quibuscũq; sacerdotibus prohibemus: ne officia sæcularia & actus publicos: ac tabellionatus officiũ exerceant: nisi in casibus a iure permissis: nec cõductores proprietatum laicoꝝ sint/aut uictualia emãt: ut carius uẽdant: cõtra facientes puniendos nr̃o arbitrio reseruamus.

De taberna non tenenda & fugienda. xv.

CAnonibus sacris addiciendo sancimus: ut clericus maxime sacerdotio insignitus: qui tabernam comedendi uel habendi causa intrare præsumpserit/nisi quando extra proprium domicilium eum contingerit peregre ꝓficisci: similiter: & qui domino ecclesiæ maxime intra ambitũ existentẽ aliis locare ad tabernã exercẽdam uel in modestis hominibus nõ erubuerit pœnã duoꝝ ducatoꝝ incurrat: pensionem quoq; domus ipso facto amittat: & totidem de suo nobis in pios usus cõuertendum dare teneat.

P. De ludis uitandis. xvi.

ANtiquos Canones aduersus sacerdotes ludis Intentos Innouantes sub pœna unius floreni uice qualibet cõmittenda sacerdotibus prohibemus: ne in locis publicis ludere: seu Ludentes Ibidem lõga mora aspicere præsumant: causa autẽ recreationis in priuatis locis & cum honestis personis ludos alias a sanctis canonib' permissos toleranter indulgemus.

P. De blassemantibus Deum uel sanctos. xvii.

VT peramplius tam clerici quã laici nostræ diocesis Intelligant: quam execrabiles sint blassemiæ Dei & sanctorum: & ab eisdem abstinere procurent: ob Id constitutionem nuper in generali cõcilio super his æditam hic inseri uoluimus: & quam seruari præcipim'. Cuius tenor talis est. Leo papa. x. &c. ad abolendum uero execrabilem blassemiã: quæ in maximum diuini nominis & sanctorum contemptum supra modum inualuit: Statuimus & ordinamus/ut quicũq; deo palam seu publice maledixerit: contumeliosisq; ac obscænis uerbis Sãctum dominum nostrũ Iesum Christum uel gloriosam Virginem Mariam eius genitricem expresse blassemauerit: si munus publicum: iurisdictionemue gesserit: perdat emolumenta trium mensium pro prima & secunda uice dicti officii: si tertio deliquerit: illico eo ipse priuatus existat. Si cleric' uel sacerdos fuerit: eo ipso ꝙ de delicto huiusmodi fuerit cõuinctus: etiam beneficiorum: quecũq; habuerit: fructib' applicandis ut infra unius anni multetur: & hoc sit pro prima uice: qua blasse-

mius Ita deliquerit. pro secunda uero si ita deliquerit & cōuictus ut præfertur fuerit: Si unicum habuerit beneficium: eo priuetur. Si autem plura: quod ordinarius maluerit: Id amittere cogatur/ꝙ si tertio eius sceleris arguatur & conuincatur: dignitatibus ac beneficiis omnib⁹: quecūq; habuerit eo ipso priuatus existat: ad eaq; ulterius retinenda Inhabilis reddatur: eaq; libere impetrari & conferri possint. Laic⁹ uero blassemās si nobilis fuerit: pœna uiginti ducatorum multetur pro secunda uice/quinquaginta fabricæ basilicæ principis apostolorum de urbe applicādorum: & aliis ut īfra deducit. Pro tertia uero nobilitatem perdat. Si uero ignobilis ac plebe⁹ fuerit: in carcerem detrudatur: ꝙ si ultra duas uices publice blassemans deprehensus fuerit: mitra infami per integrum diem āte fores ecclesiæ principalis mitratus stare cogatur. Si uero pluries ī hoc ipsum factum lapsus fuerit: ad perpetuos carceres uel adtriremes damnetur ad iudicis deputati arbitrium. In foro autem cōsciētiæ nemo blassemiæ reus absq; grauissima pœnitentia seueri cōfessoris arbitrio possit absolui. Qui uero sanctos reliquos blassemauerit arbitrio Iudicis rationem personaꝝ habituri mitius aliquantulum puniri uolumus. Statuim⁹ etiam ut seculares iudices; qui cōtra tales blassemiæ conuictos nō animaduerterint: eosq; iustis pœnis minime affecerint: quantum in eis fuerit quasi eidem sceleri obnoxi eisdem quoq; pœnis subiiciantur. Qui uero in aliis inquirendis puniendisq; diligentes & seueri fuerint pro qualibet uice decem annorum Indulgētiam consequātur: & tertiam partem multæ pecuniariæ habeāt. Quicunq; uero blasse-

mantem audierint eum uerbis acriter obiurgare teneãtur. Si citra periculum suum id fieri posse continget eundemq deferre uel notificare apud iudicem ecclesiasticũ seu saecu/ larem ĩtra triduum debeant: quod si plures dictum blasse mantem simul audierint: singuli eum accusare teneantur. nisi forte omnes conuenerint: ut unus pro cunctis tali fun/ gatur officio: quos omnes in uirtute sanctae obediẽtiae hor/ tamur & monemus in domino: Et ultra ut in ipsa bulla plenius continetur.

P. De non confitentibus & communicanti/ bus sancto paschate. xviii.

IVxta Statuta Concilii generalis omnis utriusq se/ xus fidelis postquam ad annos discretionis peruene rit: omnia sol' sua peccata saltem semel in anno soli & pro prio sacerdoti confiteri: & iniunctam sibi poenitẽtiam pro uirib' adimplere tenet: Et cũ ad ãnos discretionis puenerit: suscipiat ad minus in pascate reuerenter sacratissimum Eu charistiae sacramentũ quod suscipere obligat: nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam iustam & rationabi lem causam ad tempus ab eius praeceptione duxerit absti/ nendum/ Si quis autem alieno sacerdoti uoluerit iusta de causa confiteri licentiam prius postulet: & obtineat a pro/ prio sacerdote: cum aliter alien' sacerdos eum nequeat ab/ soluere uel ligare. Qui autem contra huiusmodi statutum fecerit ecclesiastica careat sepultura/ad quam si sacerdos & alii ipsum praesumptorem admiserint poenam decem flore

norum ipſo facto incurrant: niſi ille in mortis articulo ali/qua manifeſta ſigna oſtenderit contritionis. ¶Et Inſuper ſtatuimus: q̄ rectores eccleſiarum in ſcriptis eos redigant: qui ſua peccata confiteri aut ſacram cōmunionē anno ſin/gulo ſuſcipere non curarunt: Illoſq; moneant ac inducāt: ut confeſſi & contriti ueniant ad cōmunicādum: Quod ſi per menſem poſt ſolēnitatem dominicæ reſurrectionis non ſatiſfecerint: rectores nobis illos in ſcriptis innoteſcere cura bunt/ Et nihilominus interea illos ueluti oues morbidas a cœtu fidelium ſeparent: donec reſipuerint & ab ingreſſu ar ceantur eccleſiæ & moriētes Eccleſiaſtica careāt ſepultura.

De Confeſſionis cælatione. xix.

VT ſacræ confeſſionis ſigillum diligenter cuſtodiat: Sancimus: ut ſacerdos peccatorum ſibi cōfeſſorum reuellationem uerbis: ſignis: factis: litteris: nutib⁹: uel qui/buſcunq; aliis modis: quocūq; actu faciens ꝓprii honoris: gradus: officii atq; beneficii periculo ſubiaceat ſine ſpe reſti tutionis per nos facienda.

P. De confeſſione populo cōmemoranda xx.

SAcramētalem confeſſionem diebus quadrageſimæ ſacerdos populo ſæpe commemoret: ut ſponte ue/niant ad eandem non expectando quouſq; amplius fuge/re non poſſunt: uidelicet ultimos quadrageſimæ dies etiā a confitētibus ſacerdos non inquirat perſonas nominatim:

cum quibus ſatentur ſe peccaſſe: Sed peccatorum qualitates & circūſtantias: quæ aggrauant peccatum ſobrie inquirere ſolicitus ſit.

De confeſſoribus admittendis. xxi.

NE ſi cæcus cæco ducatum præſtet; ambo In foueam cadant: præſenti edicto ſancimus: ut nullus curat⁹ ſeu uicecuratus nobis ſeu uicario noſtro inconſulto aliquē etiam mendicantem uel exemptum ad audiendas cōfeſſiones: aut alia quæcūq; officia exercēda: in parrochia ſua admittat/niſi ad modicū temp⁹ uidelicet dies. xv. circha dies paſſionis: quādo ſcilicet per ſe non ſufficiunt/niſi eo prius per nos aut a nobis uel Vicario noſtro deputādo approbatum: ut autē uice curati ad illud tempus modicum de quo ſupra ualeant auditores eligere auctoritate noſtra indulgemus & concedimus.

P. De forma baptizandi. xxii.

DOceant frequenter parrochialium rectores plebem illis commiſſam formam baptizandi: ut ſi forſitan ipſis abſentibus (quāuis nō debeat ad horam rector a ſua prochiali eccleſia abeſſe) neceſſitas fuerit baptizare ſciāt/niſi enim quis renat⁹ fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto: ſicut firmiter credimus: non intrabit in regnum cælorum. Ipſiq; rectores diligentē aduertentiam adhibeant ī uerborum diſtincta prolatiōe: quæ ſunt forma baptiſmi. Et uerba ut p̄/

fertur distincte pronunciantes ter supra caput baptizãdi aquam infundant; ut moris est.

P. De filiis cito baptizandis. xxiii.

Consuetudinem quorũdam: qui sub pluriũ compatrũ expectatione filioꝝ baptismũ differre nõ formidant/ueluti periculosam improbantes: Statuimus ut parẽtes de filioꝝ regeneratione plusq̃ de compatrum numerositate soliciti eosdẽ q̃to citius saltẽ intra dieꝝ triũ spacium ex aqua & spũ scto renascendos ad ecclesias deferri ꝓcurẽt/uerũ qm ex q̃ indiscreta compatrũ numerositate uaria solent incõmoda ꝓuenire: ultra trium cõpatrum numeꝝ sine nr̃a expressa licentia: seu Vicarii nr̃i concessione admitti ꝓhibemꝰ sub pœna unus floreni uice qualibet. Et rectores soliciti sint de huiusmodi nr̃æ cõstitutionis obseruatione/plebẽq3 sibi subiectam salubribus exortationibus & monitionibus p sæpe ad hanc obseruandã studeant admonere. ¶ Insup libellum cõficere curabũt: ĩ quo parẽtum & baptizati: ac patrinoꝝ nomina & cognomina: diẽ: mensem & annũ describant: ut reqsiti fidem ĩ iudicio & extra facere possint: quod si nõ fecerint nostro arbitrio puniendos reseruamus.

De filiorum oppressione. xxiiii.

Impiis filiorũ oppressionibue in quãtum possumus occurrere cupientes: statuimus q̃ parrochialium ecclesiarum rectores ter in anno aut si uidebitur sæpius infra

missarum solemnia: dum populi multitudo ad diuina au/
diendum couenerit: plebem sibi comissam admoneat: ne
eorum pueros infra anu in propriis lectis: aut alias apud se col/
locent: nisi ex aliqua euideti necessitate ad modicum tamẽ
temporis spacium: sed illos in cunabulis ad id deputatis te
neant sicque ad eorudem custodiã tale adhibeãt studium &
tam solicitam diligentiã: ut dno cocedete ab oppressionis
culpa apud deum reperiantur Immunes.

P. De clandestinis matrimoniis. xxv.

EXperientia didicimus: quanta mala ex clandestinis ma
trimoniis proueniant. Illa igitur sub excomunicatiõis
pœna fieri prohibemus/ statuentes ut cũ matrimonia fue
rint cõtrahenda: uel in ecclesiis coram populi multitudine
aut saltem corã astantibus sacerdos uel alius contrahendi
matrimonii uerba pronũciaturus unicam pro trib[us] præmittat
denunciationẽ sciturus si forsan iter eos canonicũ aliquod
existat impedimentom: quominus possent in inuicem ma/
trimonialiter copulari/ clandestine autem contrahentes cõ
tra huiusmodi nrãm constitutionẽ: ac pñtiam suã adhiben
tes excomunicationis sententiam ipso facto incurrere uolu
mus/ declarãtes matrimonia aliter contracta uel quæ non
poterunt saltem p quattuor Idoneos testes omni exceptio/
ne maiores probari dici & fore clandestina.

P. De generalibus monitionibus. xxvi.

ET quia a nostra curia sæpissime monitiões genera/
les reportant abs[que] descriptiõe capitulorũ: pro qui/

bus eædem litteræ cōceduntur/& plerūq; partes in earūdē descriptione uarios excessus cōmittunt: nunc certa & quorum probatio in promptu esse potest: nunc res minimi ualoris aliquādo scandalosa & infamatoria describētes: Nos igitur hiis obuiare uolentes declaramus/neminem hiis censuris comprehendi: nisi eos/qui clam occulte indebite & iniuste aliena retinent: aut occultāt: sicuti & inquibuscūq; litteris nostris: quæ propterea cōceduntur describi solet: nō autem illos: qui manifesti debitores existunt compræhendi/atq; insuper neminem eisdem censuris generalib' inuolui/nisi quod retinet aut rapuerit: summā grossorū trium sabaudiæ excedat: quāuis tamen alias ad restitutionem teneatur/uolentes præterea saluti gregis nobis cōmissi: quantum possimus: cōsulere: concedimus rectoribus ecclesiarum parrochialium: q͏ omnes censuris hiis in genere ꝓuulgatis innodatos facta prius restitutione læso nostra auctoritate absoluere in forma ecclesiæ consueta possint & ualeant iniuncta illis pro modo culpæ pœnitentia salutari.

De nominib' excōmunicatorum describendis. xxvii.

SCriptum est: quia excōmunicatio gladius penetrabilior cōctis rebus existit. Sed sunt nōnulli: qui in censuris insordescere nō erubescunt: quasi leuis pœna sit: Statuimus: ut ecclesiarum rectores: quibus litteræ publicationis excōmunicationis fuerint præsentatæ: statim excōmunicatorum nomina: qui eorūdam ptinatia causante non meruerint absolutionem obtinere: in uno libello seria/

tim describant: ac saltem bis in anno nobis uel Vicario nostro insinuare curent: ut cōtra eos: quos censura ipsa ultra annum tenuerit alligatos: condigna animaduersione procedamus. Qui uero pr̄actam descriptionem & insinuationem facere neglexerit: pœnā uni⁹ floreni ipso iure īcurrat.

P. De excōis lr̄az p̄sentatione. xxviii.

NE ecclesiarum rectores præcipitanter & incōsiderate lr̄arum nr̄arū publicationes faciant: uolum⁹: ut impetratores earūdem, Illas rectoribus p̄fatis pridie āte publicationem præsentare teneātur: alias si eadem die præsentabuntur: qua publicari debent: rectores ipsi publicationē ipsam licite differre ad proximū diem festum possint. Q̄d si a die date litterarum lapsi triginta dies: litteræ ipsæ nō publicentur: nisi accepto nouo mandato: inhibētes ne pro executione ipsarum litterarum & subscriptione ultra grossum unum subaudiæ sub pœna dupli exigatur.

De lr̄is nō publicandis sine placet. xxix.

MAlignātium fraudibus & falsitatibus lr̄az quarūq; obuiare cupientes, & ne falsæ & surreptitiæ litteræ in subditorum nostrorum & iurisditionis nostræ ordinariæ diminutionem & contemptum executioni demandētur: Salua semper apostolicæ sedis debita reuerentia & obedientia, ecclesiarum rectorib⁹ cæterisq; tam clericis, quam laicis sub excōmunicatiōis pœna & grossorum trigīta uice qua-

libet cõmittenda prohibem⁹/ ne litteras aliquas a quocũq; iudice ecclesiastico emanatas exequi seu exequi facere: pu/ blicare aut præsentare præsumãt: Nisi illis per nos aut ui/ cariũ nostrũ prius debite uisis & super eisdem per nos seu Vicarium nostrum gratis apposito uerbo placet.

De habitu in sacramentorum administratione habendo. xxx.

Voemus: ut ecclesiarum rectores in administratiõe sacramentorum uidelicet baptismatis: Eucharistia: benedictionis nuptiarum: extremæ unctionis ac in defun/ ctorum sepultura omnino habeant cottam seu suppelliciũ cum stola: & si contrafecerint pœnam grossorum sex uice qualibet incurrant: nõ etiã permittant ecclesiarum rectores seu sacristæ aliquos clericos circa ecclesiæ mysteria deserui/ re: nisi cũ cotta aut suppellicio: qa sic oẽs clerici in ecclesiis ornati esse dñt sub pœna nostro arbitrio imponenda.

De Incognito sacerdote nõ admittẽdo. xxxi.

Olicitudinẽ uestram iuxta sanctorum canonũ insti tuta monemus: ut ĩ ecclesiis uobis cõmissis incogni tum sacerdotem ministrare nõ pmittatis: nisi prius uisis & plectis litteris dimissoriis & testimonialibus sui prælati sub pœna grossorum octo uice qualibet.

De curatoꝝ circa infirmos diligentia. xxxii.

Vm sacerdotes ad infirmũ in extremis laborantem uocantur: morosi in accedẽdo nõ sint: secum autẽ

tunc Christi corpus non deferant: nisi infirmus multum distaret: sed prius ad eum accedant: ad confessionemq; illũ inducant: qua audita beneficioq; absolutionis impenso tunc poterunt uiaticum ad illum deferre.

P. De sortilegiis & supstitionibus. xxiii.

Magnis quippe studiis p̄cauendum esse censemus: ne fides & xp̄iana disciplina adulteret̃. Itaq; incantationes: diuinationes: coniurationes: fascinationes seu facturas: auguria: sortilegia: & alia quælibet similia: & improbata/ac supstitiosa remedia ad sanitatẽ uel ad quæcũq; alia faciẽda uel obtinẽda oĩb' xp̄i fidelibus nostræ diocesis sub excõis pœna & ducatoꝝ duoꝝ uice qualibet ꝓhibem'.

P. De nõ cõmunicãdo cũ excõicatis. xxxiiii.

Voniam sunt plæriq;: qui nõ uerẽtur excõmunicatis cõmunicar̃: & ꝙ deteri' ẽ: illos ad missas & alia diuina officia admittere/& in ecclesiis cum ipsis orare ĩ graue offensam maiestatis diuinæ: ideo omnẽ cõmunionẽ saluis p̄sonis a iure exceptis interdicimus. Abiiciantur ergo excõmunicati ip̄i a dei ecclesia & fidelium cõsortio: donec ad cor redeũtes absolutionẽ meruerint obtinere: quia sathane tradditi esse dicuntur: Alias qui contra huiusmodi nostrã constitutionem ex contemptu aliquo modo fecerit unius floreni uice qualibet pœnam incurrat.

P. De spectaculis in locis sacris ꝓhibitis. xxxv.

SVb excōmunicationis & duorum ducatorū pœna prohibem⁹ : ne in ecclesiis eorūq; cimiteriis : uel aliis locis sacris quispiam choreas ducere : ludos & alia quæcūq; Inhonesta spectacula facere p̄sumat : Insuper clericis & laicis p̄hibem⁹ : ne dum diuina mysteria & horæ canonicæ celebrantur : audeant in ecclesiis discurrere / siue de ambulare ac impudenter & irreuerenter cōfabulari : ne ubi peccatorū uenia est postulanda : Ibi peccandi tribuat̄ occasio. plærīq; etiam cum diuina celebrantur : ante fores ecclesiæ : & eoꝝ cimiteriis de uariis negotiationibus cum strepitu ratiocinando cōmorantur : quod & fieri sub excōmunicationis pœna prohibemus.

De quæstoribus. xxxvi.

COnstitutiōem fe. re. clementis. v. In cōcilio uienēsi æditam insequētes prohibemus : ne quispiam quæstor in ecclesiis nostræ diocesis acceptetur : aut ad p̄dicandū & pronunciandum ac publicandum aliquales indulgētias admittatur prius : q̄ illius litteræ per nos uel uicarium nostrū fuerint examinatæ : & per uerbum placet approbatæ cum sigillo nostro & secretarii nostri subscriptione.

P. De decimis. xxxvii.

SI quando fames : ut Hieronym⁹ inquit : aut penuria aut reꝝ omnium egestas opprimit mūdum : sciam⁹ hoc ex ira dei plærūq; procedere : q se uidet decimis defrau/

dari/Monemus igitur Christi fideles: ut decimas: quas de⁹ sibi in signum uniuersalis dominii reseruauit: & eas clericis pro suo cultu concessit & solui mandauit: secundum uniuscuiusq; loci iam diu obseruatam consuetudinem integre persoluant ecclesiæ: cui debentur. Illum uero: qui hanc nostram saluberrimam monitionem contempserit: nullus sacerdos absoluat: nec ad ecclesiasticā sepulturam admittat: nisi prius de decima; ut supra satisfecerit.

Quod deseruiatur in beneficiis secundum mentē testatorum. xxxviii.

PIa solicitudo conferentium temporalia ecclesiis defraudabitur: si non impleantur ānue aut alias stabilitæ defunctorum cōmemoratiōes: quas anniuersaria uocare solemus: quare statuimus ut singuli ecclesiarum rectores libellum conficiant: in quo anniuersaria: quæ fieri debēt annotentur ac deinceps indilate dicta anniuersaria celebrētur necnon in parrochialib⁹ ecclesiis nostræ diocesis: nisi festum occurrat/Singula secunda feria dicatur missa pro defunctis cum responsorio libera me post missam & collecta pro eisdem defunctis sub poena unius ducati.

P. De legatis piis. xxxix.

QVi pia legata piasq; defunctorum uoluntates non exequuntur: uel exequi differunt egentium necatores appellantur animarum/heredibus igitur fieri cōmissa/

riis: & aliis executoribus testamentorum sub excõmunica/tionis poena iubemus: ut indilate pias defunctorum dis/positiones executioni demãdare procurent. Notarii uero & alii: ad quos protocolla deuenerint infra mensem post p̃sentis constitutionis publicationem: & decætero infra mẽsem post testatorum mortem nobis uel rectorib' parrochia/rum suarum: omnia legata ad pias causas facta insinuare & innotescere procurent: ut super sæpe dictis de opportu/no remedio prouidere ualeamus.

P. De medicis. xl.

PLures sine confessiõe ab hoc sæculo migrasse cognonimus / eo q̃ nullus (ut aiunt) poenitentiam au/deat infirmantibus commemorare: ne ipsis timor mortis incutiatur: Nos igitur canonem Innocentii tertii/qui incipit cum infirmitas: Et qui iubet medicis cum ad infirmos uo/cãtur; ut ante oĩa ægrotos admoneant: quaten' prius anima rũ ad se medicos uocent seruari cupiẽtes: hortamur omnes medicos corporis: quin potius monem': ut illũ seruare stu/deant/ne sua culpa languidi sine confessione deficiant.

P. De nõ intrãdo monasteria monialiũ. xli.

LIcet a canonibus & a p̃decessorib' nostris fuerit ha/ctenus expresse p̃hibitum: ne quis clericus uel lai/cus nisi ex honesta & rationabili causa & exceptis certis p/sonis monasteria cuiusuis ordinis monialiũ frequẽtare p̃su/

mant: quia tamen nõnulli in dispendium animarum suarum & scandalum plurimorum contrafacere nõ uerentur/ Iccirco sub poena decem florenorum ipso facto incurrenda per quemlibet transgressorem & fabricæ episcopalis palatii ipso iure applicãda iubem⁹: ne quis huiusmodi monasteria ĩgredi ausu temerario sine honesta & ratiõabili causa p̃sumat: nisi in earũdem seruitiis continuis familiares existant.

Quod nihil pro administratione sacramẽtorum uel diuinorum officiorum exigatur. xlii.

DIsplicenter intelleximus quosdam sacerdotes damnanda cupiditate pro spiritualibus a fidelibus pecunias extorquere/ Inhibemus igitur sub poena excõmunicationis & decem ducatorum/ ne quis præsbyterorum uel clericorum pro administratiõe sacramentorum aliqd exigere præsumat. Laudabilem tamen consuetudinem: si quid solui consueuit/ post administrationem ipsorum sacramentorum: uolimus obseruari.

De concessione testandi. xliii.

QVoniam uacañ. dignitatibus ecclesiasticis seu bñficiis quibuscũq3/ quorum collatio: ordinatio seu dispositio ad nos ptinet: bona moriẽtib⁹ eorum rectorib⁹ uel ministris in ipsis inuẽta ad mẽsam nr̃am rõne spolii ex ãtiqua (ut accepim⁹) cõsuetudĩe ptinere dicebañt: Et sicuti expiẽtia didicim⁹: & uenerabiliũ sacerdotũ ĩ synodo p̃nti exñtium fideli

relatione accepimus ex huiusmodi spoliorum occupatione
non modo nudabantur domus ecclesiarum antiquis bonis
& a prædecessoribus morientium relictis: uerum etiam ip/
sis morientibus magna afflictio addebatur. Nam astantes
ægrotis aliquando plus de spoliāda domo anteq̄ nostræ mē
sæ procurator aduēire posset: quā de salute male se haben
tis soliciti bona diripiebant: quo fit: ut plærūq; morbo gra
uati sine astantium consolamine miserani uitam finirent:
Supplicationibus Itaq; totius synodi Inclinati hiis malis
occurrere uolentes statuimus & declaramus: q̄ consuetu/
dine suprascripta non obstante rectores & ministri præfa/
ti de bonis ex hereditate: artificio uel doctrina & aliunde q̄
intuitu ecclesiæ requisitis libere disponere sicuti de iure pos
sunt & eisdē licet: ualeant/de cæteris ecclesiarum intuitu si
militer acquisitis: si bona immobilia existāt illa ad ecclesias
quarum rectores existunt: ptineant. Si autem mobilia sint
concedimus: ut illa pauperibus etiam si consanguinei sint
& religiosis locis ac hiis/ qui sibi seruierint & pro honesta
ac decenti sepultura conferre possint. Sic tamen ne ex hu/
iusmodi concessione/nostra mensa nimium dispendium pa
tiatur sic ut præfertur de bonis mobilibus disponentes: qui
beneficium ualorē ducētorum florenorum annalium: qn/
quaginta: qui uero centum uel circha: uigintiquinq;: qui
autem quīquaginta uel circa: decem florenos: & qui bene
ficia minoris ualoris quinquaginta florenorum usq; ad de/
cem florenos obtinere dignoscantur: unum aureum in suis
dispositionibus seu ultimis ordinationibus eidem nostræ
mensæ actualiter persoluendū legēt: aut psolui p se faciāt.

Si quos āt ab intestato decedere cōtingerit aut in sua dispo sitiōe nr̄æ mensæ nō ligauerit ut supra descriptū ē uolum᾽ ut in bonis acq̄sitis dūtaxat intuitu ecclesiæ antiq̄ seruet̄ cō suetudo. Cōminātes oībus & singulis tā ecclesiasticis: quā sæcularibus sub excōmunicationis pœna ac florenorū cen/tum/ne sub spe aliqua successionis impediant/nec impe/dire faciāt per submissas personas aliquem præsbiterorum seu clericorum nostræ diocesis: quin prolibito suæ uolunta tis possint testari ac ordinatiōem facere de bonis ut supra.

De prouidenda missa anteq̄ celebretur. xliiii.

QVamq̄ teste Augustino ministri ecclesiæ Irridendi nō sunt: si plærūq; cum barbarismis sacræ lectionis uerba proferunt circa Id tn̄ occurrēs. Quo circa quibuscū q; clericis lectorib᾽ & p̄sbyteris nostræ ciuitatis & diocesis in uirtute sanctæ obedientiæ p̄cipimus/ & mandam᾽ q̄ten᾽ anteq̄ coram populo legant: uel missas celebrent diligen/ter explicite & ordinate legere curēt sæpe: quæ dicturi sunt legendo perlegendo & repetendo. Si quis autem hanc con stitutionem neglexerit animaduersiōis nostræ pœnam sen/tiet: nā cum non sufficiat clericis morum honestas & bona conuersatio: nisi adsit sciētia doctrinæ/quia ignotantia ma ter cunctorum errorum maxime in dei sacerdotibus est ui tāda: quo circha In xp̄i charitate etiam suprascriptos mone mus: ut studiis sacrarum scripturarum iugiter intendant: ne officiando (ut sæpe dolenter audiuimus) populo ludi/brio fiant & si forte: q̄ absit: dei honorem & suum post po

ſuerunt eos curabimus pœnæ formidine ad ſcripturarum lectiones inducere.

De alieno parrochiano nō admittēdo. xxv.

ET ſi iuris ſit tñ. Decet ut curati parrochianos ſuos: de quibus rationē domino reddituri ſunt ad diuinū officium & ſacramēta recipiāt: & nō alius ſacerdos admoneat. Ne igitur proprio ſacerdoti iniuria fiat: qbuſcunq; ſacerdotibus prohibem⁹: ne alienū parrohianū in uita uel in morte contra uoluntatē ꝓprii ſacerdotis ad officium diuinū: uel alia ſacramēta eccleſiaſtica maxime dieb⁹ dñicis & de pcepto feſtiuis ī preiudiciū eccleſiæ parrochialis recipiat ſub pœna noſtro arbitrio imponēda. Excōmunicātes ulterius eos: qui iura parrochialia ad alios ptinentia minuere inuadere uel alias quomodolibet uſurpare pſumpſerint.

P. De Inquiſitione per curatos faciēda. xlvi.

QVi eccleſiis parrochialibus præponūtur: diligenter inquirant omnes ſibi ſubditos: an ſaltē ſemel ī āno confeſſi fuerint: & quibus confeſſi ſunt: nec ad ſacram cōmunionē aliquē admittant/niſi prius de cōfeſſione ſibi uel alteri facta cōſtet: uel uerīſimiliter ſecundum perſonarum qualitatem de ea bene pſumāt: nec alienū prochianum ad eandem cōmunionem admittant: niſi de noſtra uel Vicarii noſtri aut proprii illius ſacerdotis licentia ſpeciali ſub pœna groſſorum. x. ſabaudie pro quolibet.

P. De delictoꝝ insinuatione. xlvii.

NE sicut Isayas inquit ecclesiarum curati canes muti nō ualentes latrare uideantur: pn̄ti decreto statuimus: ut decætero omnes curam animarum regentes teneātur nobis aut Vicario nostro sub pœna excōmunicationis uerbo aut scriptis fideliter insinuare omnes eorum prochia nos in publico peccato degentes/maxime adulteros: concubinarios: blasfematores: incantatores: sortilegos: hereticos appostatas: usurarios ac laborantes die feriato maxima necessitate nō cogente: & quolibet āno nō confiteri aut cōmunicare uolentes/ut contra tales; ut conuenit: ad debitā pœnam procedere ualeamus.

De p̄bsbytero in cura nō substituēdo. xlviii.

VErus pastor solicitā curam hēt: ne lupꝰ oues rapiat: mercenarius aūt: quia mercenariꝰ est: lupo ueniente fugit/qa ad eū nihil spectat de ouibus: hoc Ideo cuicūqꝫ beneficiato curam animarum habenti: cum p seipsum resi dere teneatur: ut solicite gregi sibi credito præesse: prohibemus sub decem florenorum pœna. ne aliquem p̄sbyterum sæcularem aut cuiusuis ordinis regularem loco sui in ecclesia curata substituat: nisi ex iusta & necessaria causa & facta nobis uel Vicario nostro prius de persona substituti p̄sentatione. Qui uero tali ecclesiæ seruierit licentia ut p̄fertur nō p̄cedente eandem pœnam incurrat.

De publicandis casibus æpiscopo reseruatis. xlix.

ANtiquorum nostrorum uestigia insequẽtes iubem' ut ecclesiæ rectores annis singulis in prima Dominica quadragesimæ: dñica de passiõe & dñica palmarum debeãt alta & intelligibili uoce populo declarare casus: quorum absolutio de iure cõmuni & constitutione synodali ac prouinciali: de qua infra episcopo reseruantur.

De constitutionibus habendis & publicãdis. I.

QVoniam parꝝ ualeret statuta cõdere nisi eoꝝ notitia hẽat: sub excõis pœna iubem'/ut unusqsqꝫ pͥsbyter curatus: uicecurat': seu rector: uel mĩster ecclesiaꝝ prochialium ac in nostra diocesi beneficiatus tenorem constitutionum nostrarum in præsenti synodo publicatarum cum additis inferius prouincialibus constitutionibus hr̃e teneatur rectoribusqꝫ sub pœna excõmunicationis iniungimus: quatenus constitutiones ad populum ptinentes eidem ad diuina audieñ. congregato publicent: & declarent ad minus quater in anno.

Sequuntur.xii.Prouinciales constitutiones & primo de officiis sæcularibus. .i.

PRæsenti Constitutiōe Sancimus:ne aliquis clericus absq; diocesani sui licētia officium publicum: uel officialitatem alicuiꝰ sæcularis rectoris:siue cōmunitatis uel uniuersitatis ī sæculari curia exercere:uel suscipere decætero præsumat:scilicet cōsulatus:tabellionatus:guastalidie/camparie/ Vicariatꝰ: uicedominatus:uel quouis alio noīe appelletur:seu ecclesiasticis officiis derelictis: uel clericali postposita hōestate:ad calualcatas: uel stipendia:seu sæcularis exercitus.Et maxime non coactꝰ:cū armis publice: uelut laicus accedere & se talibus immiscere cætibus non præsumat: nisi in casibus a iure permissis.Delinquentē uero in aliquo præmissorum:uel aliquibus talibus se immiscentem excōmunicatiōis sententia innodamus.Hanc uero pœnam ad alios: qui assumpserint arma cum aliquibus Laicis pro suis iuribꝰ:aut ecclesiæ propria:seu prosui defensione insultum expectātes:seu de licentia sui antistitis:uel eius Vicarii noluimus extendi.

Quod clerici non sint tutores uel procuratores laicoꝝ nec patiantur cōueniri coram iudice sæculari. .ii.

INuiolabiliter ordinamus: ꝙ nulla persona ecclesiastica:nisi ī casibus a iure permissis: fideiussoris:uel

procuratoris officium exerceat seu tutoris uel curatoris ali/
cuius laici in curia sæculari absq; diocesani uel officialis ei'
licentia nec quéquam debere gaudere ecclesiastico priuile/
gio uel clericali conueniat seu trahat uel trahi procuret sup
aliquo ad examen iudicis sæcularis. Trahens uero cõtra ca
nonicas sanctiones: & imperiales constitutiones a iure suo
cadat: iudicatumq; non teneat: & iudex sit ex nũc iudican
di potestate priuatus. Exercentem uero aliquod officium
prædictorum contra constitutionem præsentem in centum
solidos papieñ. decernimus condemnandum in pios usus
ad arbitrium ordinarii conuertendos.

De pœna comparentium contra suum antisti/ tem uel consentiẽtium ut in sede sua esse non possit. .iii.

LIcet ad cõiuratorum: & conspiratorum nequitiam reprimendam per canones sufficiẽter sit prouisum: ipsorum tamen uersutia nos cogit diuersa remedia adhibe/re contra illorum calida figmẽta: quæ conãtur quotidie In/uenire. Ea propter irrefragabiliter prohibemus: ne aliqua persona ecclesiastica: uel sæcularis: aut uniuersitas collegiũ prouintiæ nostræ conspirationem: cõiurationem: colligatio nem: iuramẽtum aut concilium/uel tractatum facere: uel Inire præsumat in exterminium: uel persecutionem: seu ia cturam: uel mortem aut expulsionem captionẽ: uel dero/bationem seu quietis uel stat' subuersionem antistitis pro/prii: uel pastoris aut quomodolibet consentire: uel operam

dare: q͏̄ insultus fiat in eum uel a sede seu ciuitate propria temere expellat: seu quicquam: fiat uel ordinetur: seu dicatur propter quod pastor ipse habeat formidare in ciuitate ipsa: uel sua dioceli: ubi uoluerit cum suis familiaribus residere: & iurisdictione sua uti libere & officio pastorali: uel propter quod eius officiales siue Vicarii Vicariatum & officialitatem eis cómissos non possint libere exercere: & q͏̄ cómunitas: siue uniuersitas Mediolani: seu cuiusq; ciuitatis & diocesis nostræ prouinciæ non permittat quicquam dici: uel fieri propter quod eius Antistes: aut Archipresul non possit in ipsa ciuitate & diocesi: siue sede propria residere secure: & ipse: & sui officiales iurisdictione & officio suo uti libere: & in totum. Singulares personas contra hoc attemptantes: aut in aliquo præmissorum delinquentes: si clerici fuerunt ex nunc in his scriptis excómunicationis uinculo Innodam⁹: & beneficiis ecclesiasticis/ quæ ĩtra nostram prouinciam obtinuerunt: priuamus perpetuo aliis libere conferendis. Ipsosq; inhabiles reddimus ad quæuis ecclesiastica bñficia obtinéda. Si uero laici fuerũt eosdé excõis uinculo decernim⁹ subiacere: ip̄os in obitu priuãtes ex nũc ecclesiastica sepultura: Et clericos: q sepulturæ talium ĩterfuerint: suspédim⁹ a diuĩs: ip̄oꝝq; familiarib⁹ dicta excõicatiõe durãte participationé diuinoꝝ: & sacramétoꝝ interdicentes ĩ pœna huiusmodi damnatorum. Ciuitaté auté eiusq; suburbia & singulares personas de ip̄a ciuitate & suburbiis: q̄ p tres méses pmiserint seu passe fuerĩt Antistitem ꝓprium exulare extra illã propter timorem uel metũ seu minas aliquorum seu alicui⁹ de ip̄a ciuitate uel diocesi: aut aliquorũ

residentium in eadem & ipsum Antistitem non reuocaue/
rint ac sibi plene non cauerint/ ac prouiderint de ipsius &
suorum familiarium securitate: & in damnitate personarū
& rerum ac procurauerunt cum effectu: ut in ipsa ciuitate
uel diocesi: ut sibi placuerit possit morari liber̄ & secure: &
suum officium exercere: & uti bonis suis libere: & ei' Vica
rii & procuratores ī ciuitate ipsa secure manere: & sua offi
cia plene: ac libere exercere: & per ipsam diocesim ubi eis ex
pedierit postquam ipse Antistes de ipsa ciuitate sic exierit:
& per suas litteras siue nuncios in aliquibus ecclesiis ipsius
ciuitatis uel diocesis: seu ciuitatum circum adiacentium ali
quorum: uel per se ipsum mensibus prædictis elapsis publi
ce protestatus fuerit seu insinuari fecerit: & proponi: ꝙ in ci
uitate propriā non audeat secure morari: nisi sibi aliter ca/
ueatur: ex nunc generaliter ecclesiastico supponimus inter
dicto usq; ad satisfationem condignam inuiolabiliter obser
uando. Supradictas uero sententias: & prolationes exco/
municationum: & interdicti statuimus: & mandamus per
omnes ciuitates: & dioceses nostræ prouintiæ sæpissime:
& in pluribus ecclesiis publicari: etiam per eosdem episco/
pos eorumq; officiales: aut ex parte ipsorum per quoscunq;
clericos: & prælatos: qui super ex parte ipsius Antistitis fue
rint requisitii: nobedientes quoq; ac rebelles super hiis ab
ingressu ecclesiæ suspendimus in hiis scriptis: Illos quoq;:
qui post quam excōmunicati ꝑpter prædictorum aliquod
fuerunt: publice nunciati distulerint ultra annum ipsi anti
stiti satisfacere de excessu: & absolutiōem etiam obtinere:
suspectas indicamus: de heretica prauitate: & tāquam cō/

tra suspectos de heresi: ipso anno elapso fore per eccle-siam procedendum: & si prædicta ciuitas siue uniuersitas per annum in ipso scelere duxerit persistendum: omnes cleri ci & religiosi cuiuscunq; ordinis: dignitatis seu conditionis existant, in detestationem tanti facinoris completo anno p̄ dicto infra duos menses proximos post dictum annum exeant: siue egrediãtur de eadem ciuitate & eius districtu & diocesi usque ad satisfationem condignam nullatenus reuersuri, alioquin ipso facto singuli prædicti clerici & re-ligiosi sententiam excommunicationis incurrant: nisi per Antistitem ipsum fuerit eis terminus prorogatus. Ad præ-missorumq; executionem: cognitionem discutiõem: & exa minationem de plano & sine strepitu & figura iudicii pro-cedi posse decernimus per diocesanum proprium & quem libet iudicem competentem.

De iuramento præstando ab eo, qui inficiat̃ se cle ricũ detinere uel rem ecclesiasticã. iiii.

SEpæ contingit: q̄ aliqui calliditate utẽtes clericos & personas ecclesiasticas detentos per eos ipsorumq; consilio: uel mandato inficiantur, se illos minime detinere: aut capi illos fecisse, uel bona uel res ecclesiasticas: quib' cle ricos spoliari suaserint: minime habuisse: cum sup illorum clericorum relaxatione: aut rerum restitutione per iudicem ecclesiasticum admonentur: propter quod plærumq; facti probatione deficiente de suo dolo & inficiatione uidentur cõmodum reportare: ea propter ad huiusmodi malitias re-

frenandas: Statuimus & firmamus/ꝙ contra quoslibet iudices: & rectores ac personas ecclesiasticas: & saeculares quascunq; inficiantes se ipsos clericos & personas ecclesia/sticas nullatenus detinere: seu cepisse uel res ipsas ecclesia/sticas minime habuisse: postquam hec ab eis per iudicem ecclesiasticum requiruntur: aut damnum asseruerint eccle siis: seu clericis super ipsius emendatione requisiti: uel iniu riā minime intullisse per curiam ecclesiasticam per censu/ram ecclesiasticam procedatur: ac si conuicti: uel confessi essent super hiis: quae inficiantur coram iudice competen/ti: si praestare noluerint ad arbitrium ecclesiasticae curiae si/ne dilatione solemniter & publicae iuramētum: ꝙ illum cle ricum & personam ecclesiasticam: aut rem ecclesiae seu cle/rici: super cuius relaxatione aut restitutione monētur: aut impetuntur/ꝙ in suā potestatem non habeant: nec habue rint: & restituendi non habeāt aliquam facultatem: seu ꝙ damnum uel iniuriam: super qua impetitur per se uel aliū nullaten' intullerunt: ipsoq; iuramēto nequaquam obstā te possit contra ipsum & alium: qui clericum: & praedicta bona detinere dicatur: ꝓcedi per ecclesiasticum iudicem ac si iuramentum ipsum praestitum non fuisset.

Quod excōmunicat' per unum episcopum: per oēs de prouincia denunciet: & de poenis inferentiū mi/nas excōmunicatori uel denunciatori. v.

QVanto excōmunicationis uinculo innodati per plu res ecclesias nūciātur: & maxime per illos: in qbus

degunt uel traxerunt originem tanto maiori rubore confu si ad satisfactionem facilius inducūtur: quapropter in præ senti concilio inuiolabiliter ordinamus: q cuiuslibet ciuita tis antistes: eiusq; Vicarius nostræ Mediolanensis prouin/ ciæ per litteras excōmnnicantis pontificis siue diocesani ex cōmunicatæ personæ: seu officialis eiusdem sup hoc humi/ liter requisitus omnes & singulas personas excōmunicatio nis uinculo innodatas: & terras suppositas interdicto per sententiam uel excōmunicationem: uel constitutionem ip sius præsulis aut uicarii requirentis seu prouincialis conci/ lii iuxta ipsius requisitionem per ecclesias proprie ciuitatis: diocesis sæpissime denunciari faciat personas sic: ut præfer tur: excōmunicatas: & terras: & loca. Interdicto supposi/ tas: ubi magis uiderit expedire: super quibus denūciandis excōmunicatis: & interdictis fuerit per ipsius excōmunica toris uel iudicis nūnciandorum litteras requisitus in pro/ prios subditos non obedientes eius monitionib' super hoc censuram ecclesiasticam exercendo. Et quod cessari faciat a diuinis in ecclesia: & parrochia ciuitatis ppriæ/uel dioce sis/quamdiu ibi moram contraxerint illi excōmunicati uel interdicti: de quibus denuntiandis contingerit sibi scribi/si super hoc fuerit requisit'. Antistitem hec uero recusantem ab ingressu ecclesiæ durāte inobediētia sua/eiusq; officialē in hiis tepidum & remissum a diuinis officiis suspēdimus in hiis scriptis. Quaslibet uero psonas cuiuscūq; cōditiōis extiterint tā ecclesiasticas q̄ sæculares/ quæ impedierīt: uel phibuerint minis: terrorib' uel alio quouis modo illas pso/ nas excōicatas publice nūciari: uel publicari fore loca aliq̄

ſuppoſita eccleſiaſtico interdicto: de qb' denũciãdis excõi/catis uel ĩterdictis p lr̃as alicui' Antiſtitis uel alicuius Vicarii mãdari contigerit/aut ipis excõicatoribus: uel denũciatorib': ſeu excõmunicatiões ipſas: uel ĩterdictũ ſeruantib' In perſonis uel rebus: aut in conſanguineos: uel amicos illorum propter hoc minas/damna: iniurias: uel moleſtias irrogauerint: uel conſenſerint irrogari excõmunicatiõis uinculo decernimus ſubiacere: a qua nullatenus abſoluantur: niſi ſatiſfecerint de tãta audacia & exceſſu: uel cautionem Idoneam de ſatiſfaciendo præſtiterint iuxta ipius excõmunicatoris arbitrium: nec tradantur eccleſiaſticæ ſepulturæ: De qua ſatiſfactiõe: & abſolutione: ſeu cautione apparere uolumus publicum inſtrumentum ante abſolutionem aut ſepulturam ipſorum excõmunicatorum huiuſmodi præſentandũ. Illoſq; clericos & prælatos ciuitatis dioceſis uel prouinciæ Mediolani: qui pluries per diuerſa dierum interualla admoniti: uel legitime requiſiti p litteras patetes: uel nũtios & iuratos proprii dioceſani uel eius uicarii denunciare ex parte ipſius iuxta requiſitionem eandam excõmunicatas perſonas illas/ ſub quarum denunciatione: ut præmittitur: admoniti fuerit excõmunicatiõis uinculo decernimus ſubiacere. Ad præmiſſorum quoq; cognitionem & pœnarum executionem decernimus ex officio iudicis mero poſſe procedi de plano & ſine ſtrepitu ordinis iudiciarii & figura.

De male ablatis incertis non diſpenſandis ſine dioceſani proprii licentia. yi.

COnſyderantes: ꝙ plærīq; manꝰ extendunt minus licite ad ea: quæ non pertinēt ad eoſdem: ſuæ poteſtatis terminis non contenti: ſtatuimus perſonas quaſcūq; religioſas eccleſiaſticas: & etiam laycales publice & peremptorie admonere: ꝙ decætero aliqua male ablata īcerta: de quibus ignoratur: uel ignorabitur: quibus ſit reſtitutio facienda per ſe: uel per alios non diſtribuant: uel diſpenſent uel audeant: mandēt uel procurent: uel cōſentiant per aliquem diſpenſari: aut illa ſibi approprient: uel uſurpent: ſiue pro ipſorum male ablatorum reſtitutiōe legata ſint hactenus uel impoſterum relinquentur abſq; archipræſulis ſiue antiſtitis proprii: ſeu eius Vicarii in ſpiritualibus: aut alterius ſuper hoc per ipſum antiſtitem deputati expræſſa licentia/& conſenſu. Clericos uero religioſos: & ſæculares: qui exceſſerint in præmiſſis ad ingreſſu eccleſiæ: & celebratione miſſarum ſuſpendimus in hiis ſcriptis. Laicos uero: qui contra hoc exceſſerint uſq; ab ſatiſſactionem condignā decernimus non admittendos ad eccleſiaſtica ſacramenta: nec ad auditionem: ſeu participationem diuinorum.

De cautione recipienda ab uſurario pro reſtitutione uſurarum: & a quibus debet recipi. yii.

VSurarum uoraginem utriuſq; teſtamenti pagina reprobatam infra totam noſtram prouintiā Mediolani ciuitates & dioceſes reprimere cupientes decernimus: & mandamus: ac declaramus conſtitutione præſenti omnes

& ſingulos uſurarios manifeſtos: quouſq; de uſuris/prout
patiuntur facultates eorum/plenarie ſatiſfecerint: uel de
ſatiſfaciendo pro ſuarum uirib⁹ facultatum Idoneam præ/
ſtiterint cautionem: fore priuatos cõmunione altaris: & ec/
cleſiaſtica ſepultura: & ipſorum oblationes recipi non debe
re: ipſoſq; non debere abſolui per aliquem: & teſtamenta:
quæ fecerint non ualere ſed eſſe irrita ipſo iure: omnes etiã
religioſos & alios clericos: qui huiuſmodi uſurariis cõmu/
nionem altaris: Ideſt corpus uel ſanguinem Chriſti tradi/
derint: aut eorum oblationes receperint: ſeu ipſos ad ec/
cleſiaſticam admiſſerint ſæpulturam: fore ſuſpenſos ab exe
cutione officii proprii eccleſiaſtici: donec ſatiſfecerint iuxta
proprii dioceſani arbitrium decernimus quoq; huiuſmodi
conſtitutione omnes religioſos & clericos: qui tales uſura/
rios abſoluerint: aut ad altaris cõmunionem admiſerint: ſi
ue teſtamentis aut ſepulturæ interfuerint eorundem: aut
eos receperint ~~ad eandem ſatiſfactione plenaria non præ/~~
miſſa: uel nõ præſtita de ſatiſſaciendo Idonea cautiõe. Ta
belliones etiam de mutuis: & contractibus uſurariis uel in
fraudem uſurarum initis inſtrumenta conficientibus ſcien
ter eiſdem: quib⁹ uſurarii pœnis ſubiacent: ipõ facto ſubia
cere. Cæterum in recipiendo ab uſurariis pœnitentibus de
uſuris reſtituendis cautionem prædictam hanc ſtatuimus
formam haberi & obſeruari cautellam: ut ante omnia per
confeſſionem uſurarii uel librum: ſeu libros rationum: aut
per teſtes: ſiue inſtrumenta uel alio aliquo modo fiat certa
& manifeſta: ſi poterit receptorum quãtitas uſurarum nõ
earum tãtum: quæ ab incertis: ſed etiam a certis perſonis:

& uniuersitatibus sunt extorte. Si uero id non sit bene possibile: arbitretur: & moderetur quãtitatem huiusmodi: ac etiam taxet ille: qui ex uigore præsentis constitutionis receperit huiusmodi cautionem secundum rectam conscientiã ex fama: seu uicinorum testimoniis: aut ex cõiecturis aliis uerisimilibus informandam. Quo facto promittat solénister: & iuret usurarius ĩ manu eius: qui: ut præmittitur hãc recipit cautionem nomine curiæ Archiepiscopalis: aut episcopalis intra cuius limites usurarius ipẽ eliget ac uice: & nomine omnium: quorum interest: uel intererit/ ꝙ ipse usurarius/si poterit per seipsum cõmode: uel per aliũ: seu alios & in præsentia uicarii: seu officialis curiæ ad hoc deputati per eum: uel deputandi: aut alibi de expræssa tamen licentia dictæ curiæ sine difficultate qualibet de usuris a se receptis: uel ab alio eius nomine: & a patre suo/cæterisqꝫ personis/quarum hereditas ad ipsum peruenerit: & ꝺ aliis male ablatis: & illicite acquisitis usqꝫ ad quantitatem ipsam taxatam: & extimatam & etiam maiorem: si de maiori cõstiterit: satisfaciet his/a quibus huiusmodi usuræ sunt extortæ: & alia illicite acquisita: aut eorum heredibus/si poterunt reperiri/& ꝙ residuum taxatæ quantitatis: & aliorum male ablatorum & illicite acquisitorum per eum: de quo non constabit/cui sit restitutio faciẽda: uel non inueniãtur personæ: aut heredes eorum: quibus debent restitui/libere consignabit dicto uicario/seu officiali pauperibus erogandum iuxta beneplacitũ dictæ curiæ sine strepitu & figura iudici/& ꝙ nihil dicet/proponet: allegabit nec faciet per se uel alium: pp quod ipius curiæ ꝓcessus sñiæ uel præcepta

impediãtur uel quomõlibet retardentur circha ipsarũ usu/
rarum & illicite acquisitorum restitutionem: Speciali pa/
cto se & suos heredes & bona sua obligans ad prædicta fir
miter obseruanda/& expresse renuncians specialiter & ge/
neraliter omnibus exceptionibus: iuribus & defensionibus
secundum uoluntatem & expressionem recipientis huius/
modi cautionem: & pro eis restituendis attẽdendis & assi
gnandis: & restitutiõe & satisfactione: ut præmittitur: fa/
ciendis: obliget omnia bona sua recipienti cautionem ean/
dem nomine dictæ curiæ/& illa se constituet præcario no/
mine a dicta curia possidere: omnimodam licentiam con/
cedens & liberam potestatem ipsi curiæ recipienti cautio/
nem predictam/ea appræhendendi: distrahendi/& alienã
di de ipsis bonis libere & impune auctoritate propria: non
obstante cõtraditiõe cuiusq;: quicqd: & in quãtum: & ubi
uoluerit ipsa curia usq; ad integram restitutionem & sa/
tisfactionem prædictorum: & eorum occasiõe: renũtiet etiã
& remittat ipse usurarius usuras sibi promissas: & relaxet
iuramenta & obligationes sibi factas pro eis soluendis &
non repetendis uel non recipiendis. Insuper iuret usura/
rius ipse: ꝙ libros: & quaternos suarum rationem & instru
menta usuraria & in fraudem usurarum confecta: quæ ha
bet: & habebit: & habere poterit quouis modo: dabit & cõ
signabit per se uel alium dicto Vicario: seu eius certo nun/
cio absq; dolo & diminutione: siue subtractione aliqua fa/
cienda: faciet etiam ipse usurarius per se uel alium ad ar/
bitrium dicti Vicarii: seu officialis depositum in totum:
uel in parte de eo: quod extimatum fuerit: & taxatum

pro usuris extortis: ut liberius restitutio ipsa fiat: quod qui dem in cautione ipsa præcipimus stipulari. Præterea ipse usurarius exhibeat & det pignora: si poterit: uel saltem fideiussores Idoneos pro prædictis omnibus obseruandis: qui ad prædicta una cum heredib' ipsi' usurarii: uel etiam sine eis eodem modo & sub pœnis & tenoribus prædictis se obligēt specialiter & expresse/ac insolidum & bona sua: se constituendo principales debitores in prædictis: qui promittant se facturos: & curaturos cum effectu/ ꝙ promissa per usurarium obseruabuntur: uel de suo resartient: uel attendenr. Renuntiantes diui Adriani beneficio nouarum cōstitutionum de fideiussoribus & omni alii defensioni: & iuri ad arbitrium recipiendo: cautionem eandem ex speciali pacto & præstātes: ut usurarius simile iuramentū. ¶ Hoc autem statuimus fieri coram sacerdote parrochiali: ubi degit usurarius & testibus fide dignis/ac notario publico per dictam curiam destinando uel eius mandato: qui recipiat prædictas prouisionem/ obligationem renūciationem/cautionem: & cætera supradicta: & de hiis conficiat publicum instrumētum. Verum si usurarius morte ꝑuentus non mādauit usuras restitui: & hanc cautionem præstare non potuit: si tamen signa contritionis in eo apparuerint manifesta: sibi nō denegetur ecclesiastica sepultura/heredibus ei': seu consanguineis: uel amicis præstantibus huiusmodi cautionem secundum modum/& formam prout usurarius ipse præstare (ut ꝓmissimus) tenebatur: alioquin nō recipiatur ad ecclesiasticam sepulturā. Deniqꝫ cautionem ipsam per diocesim recipiat rector prochialis ecclesiæ: ī qua usura

rius habitabat tempore mortis suæ/ uel notarius publicus in sacerdotis absentiã uel defectum. Sacerdos autem: qui ipm cõtra pmissa tradiderit ecclesiasticæ sepulturæ: suspensionis sentẽtiam ab ecclesiastico officio ipso facto incurrat. ¶ Illos namq; quo ad pdicta declaramus usurarios manifestos: de quibus per parrochiam: quam habitauerint uel ubi morantur fama publica fuerit extorsisse usuras: aliquibus iurantibus etiam in absentia usurarii coram ipso uicario: uel sacerdote illum usurarium extitisse: uel de quibus recepisse usuras per confessionem ipsorum: aut per Idonea argumenta: seu alio modo legitimo apparebit: præsentem uero constitutionem sub excõmunicationis pœna præcipimus per quemlibet rectorem parrochialis ecclesiæ tam ciuitatis Mediolani/ quã aliarum ciuitatum nostræ prouintiæ: necnõ prelatos collegiatarum ecclesiarum habentium parrochias diocesis dictæ prouintiæ: & Burgo⁊ bis i anno plenariæ recitari: Ita q forma prædicta plenius obseruetur. Et ad hoc p antistites quoslibet uel ipo⁊ offiales eosdẽ cõpelli pcipimus/ & mãdam⁹. Rectores quoq; & Iudices sæculares/ & eo⁊ officiales/ quarũcũq; ciuitatũ & loco⁊ sup usuris eisdẽ usurariis soluẽdis petẽdis: & exigẽdis: quæ quoscũq; audientes: exhibentes: compellẽtes: aliquos ad soluend. usuras alicuius statuti municipalis: uel cõsuetudinis: quæ dicẽda ẽ poti⁹ corruptella uigore directe: uel indirecte cogendo aliquos ad pœnã aliquã psoluendã: uel ut tãtã qtitate pecuniæ debitores ipis usurariis mutuent tanto tpe quãto usurariorum pecuniam tenuerint: uel fraudem aliam adhibẽtes excõmunicationis sententia Innodamus.

De monitione facienda a presbyteris pro legatis ad pias causas. viii.

ANimarum saluti uolentes salubriter prouidere: statuimus & firmamus/ ꝙ rectores: & capellani ecclesiarum nostræ ꝓuintiæ ciuitatis: & diocesis Mediolanensis habentes parrochianos siue collegiatæ ecclesiæ fuerint: siue nõ singulis duobus mensibus: aut tribus saltem semel in ecclesiis suis monitiõem publice faciant: & generalem ex parte antistitis proprii sub excõmunicationis pœna mãdãtes: ꝙ omnes & singuli notarii: qui testamenta: codicillos: uel aliam scripturam fecerint hactenus: uel facient in futurũ super ultimis uoluntatibus defunctorum: Illa uicario dicti antistitis: seu rectori: uel capellano: siue capitulo notificare debeant: & tradere trãscripta in forma publica infra dies quindecim/ a monitione huiusmodi numerandos: sup his: quæ legata: seu relicta fuerint ad pias causas: & pro male ablatis ĩcertis animarumq; salute: ac remedio peccatorum: de ipsis scripturis ab ecclesiastica curia solutiõem pro modo scripturæ debitam recepturi: & ꝙ ipsi rectores: & capellani legata ipsa ecclesiasticæ curiæ: uel eius Vicario/ q̃ citius commode poterunt: debeãt intimare: necnon pro male ablatis incertis infra dies quĩdecim: postq̃ ad noticiam quouis modo peruenerit eorũdem: Alioquin rectores: & capellani p̃dicti per locorum ordinarios puniantur: qui monitionem obmiserint: & notificationẽ diocesanis: uel eorum uicariis faciendã. Notarios uero qui p̃dictis monitionibus: reqsitiõibusq; nõ paruerint cũ effectu excõis sentẽtia innodamus.

De caſibus reſeruatis epiſcopis: & reſerēdis ad eos pro pœnitentia obtinenda. ix.

NOn ſolum in foro contentioſo: ſed etiam pœnitētiali nullus ligari poteſt a non ſuo iudice: uel abſolui. Et quidem pœnitentiales caſus exiſtunt pontificibus ſolūmodo reſeruati: In quibus de iure inferioribus poteſtas nō competit abſoluendi. Ea propter: ne quiſquam in ſacerdotio conſtitutus circa eos aliquem decipiat: uel potius ſemet ipſum: præſenti conſtitutione ſancimus: ꝙ nullus presbyter inferior epiſcopo/cuiuſcunq; dignitatis extiterit regularis: aut etiam ſæcularis abſq; auctoritate: ſeu licētia ſui archipræſulis: ſeu pontificis: uel eiꝰ Vicarii in ſpiritualibus: niſi ſuper hoc apoſtolicæ ſedis priuilegio/uel conſuetudine approbata: uel a iure fuerit p̄munitus ad infraſcriptos caſus pœnitentiales ſuam poteſtatem extendat: uel ſe abſoluendo aliquatenus intromittat: articulo mortis duntaxat excepto. Contra facientes uero uice qualibet In ſolidis centum papien. dioceſis condamnamus in pios uſus conuertēdos/& abſolutionem talem: tāquam a nō ſuo iudice factā decernimus nullam eſſe: quos per ſingulos Antiſtites ī ſuis conſtitutionibus ſynodalibus inſcribi uolumus & inſeri.

Caſus reſeruati epiſcopo uel Vicario ſeu pœnitentiario.

¶Primus caſus eſt de excōmunicato quacunq; excōmunicatione lata ab homine conſtitutione aliqua uel a iure.

¶Secundus casus est de heretico credente: fautore: uel participatore scienter hereticorum: & eorū etiam defensore.

¶Tertius casus de cōmittente incestum in tertio gradu uel proximiori consanguinitatis uel affinitatis: seu cum muliere professa regularem obseruantiam.

¶Quartus casus de contrahente matrimonium de facto cum alia: prima uxore uiuente secuta copula: & etiam econuerso.

¶Quintus casus de suscipiente ordinem sacrum: uel regularem religionem intrante sine licentia uxoris: seu inuita uxore post carnalem copulam subsecutam.

¶Sextus casus de coniuge: quæ in mortem alterius fuerit machinata cum effectu & econuerso.

¶Septimus casus de muliere ex alio uiro filium concipiente: quem uir proprius filium crediderit esse suum: & tanq̄ filium proprium illum nutrierit: uel sibi partum supponētem alienum: & ad hoc dantibus auxilium: cōsilium uel fauorem.

¶Octauus casus de uirginum ui oppressarum: uel raptarum de floratore.

¶Nonus casus de perimente prolem propriam/uel alienā studiose: uel etiam negligenter.

¶Decimus casus de procurante sterilitatem in aliqua: uel se ipa quomodolibet: uel aborsum animato fetu.

¶Vndecimus casus de perpetrante homicidium sponte facto: præcepto: consilio: exhortatione uel alio quouis mō.

¶Duodecimus casus de cōmutatione uoti: uel etiam iuramenti.

¶De simoniaco quouis modo: præterq̃ si mentalis fuerit.
¶De illo qui detinet illicite ecclesiasticum beneficium: aut bona ecclesiastica sine iure.
¶De incendiariis & famosis latronibus.
¶De sacrilegium cõmittente: & ecclesiam publice poluente sanguinis aut seminis effusione cuiuscunq;.
¶De uiolatore ecclesiasticæ libertatis.
¶De tõsuratis siue promotis ad ordines per alienum ep̃m suo antistite inconsulto.
¶De celebrante præsente excõmunicato: suspenso: aut ẽt interdicto.
¶De presbytero reuelante peccatum in foro pœnitentiali sibi detectum.
¶De celebrante cum sacris uestibus solemniter & publice in sacro ordine: quem non habet.
¶De clerico fornicatore publico: uel cõcubinario mãifesto.
¶De clericis recipientibus in cimiterio ecclesiæ: uel in ecclesia sepelientibus cadauer: seu corpus scienter alicuius excõmunicati: uel etiam interdicti.
¶De abutente hostia sacra: oleo uel chrismate.
¶De sortilegis diuinis: & demonũ incantatoribus.
¶De falsum testimonium proferente: uel falsante: uel falsarii procurãte instrumentum: uel sigillum alienũ uel literas in præiudicium alicuius.
¶De irrogante patri uel matri enormen iniuriã corporalẽ.
¶De blassemantibus publice deum uel sanctos eiusdem.
¶De suspensis excõicatis/uel interdictis aut transgresorib' cõstitutionũ ꝓuincialiũ uel synodaliũ ãtistitis cuiuscũq;.

¶ Religiosos uero se intromittentes auctoritate propria de absolutiōe in aliquo casuum prædictorum / cum potestate careant: ab audientia confessionum suspendimus usq; ad satisfactionem cōdignā iuxta diocesani arbitrium faciēdā.

¶ Cæteꝝ si cōmittens aliquod de præmissis criminibus: uel delictis a confessore monitus / & induratus uenire aliquo modo noluerit ad diocesanum proprium: uel eius Vicariū in spiritualibus: siue penitentiarium generalem pro obtinē da pœnitentia salutari. Si peccatum eius occultū fuerit: cō fessor ipse: q̄ citi' cōmode poterit: ipsius antistitis uel uica / rii: seu pœnitentiarii exposcat consilium uel absoluendi fa / cultatem / super illo: si autem peccatum ipsum fuerit mani / festum: peccator ipse uenire p̄cise ad dictum antistitem: Vi carium: uel pœnitentiariū cōpellat: nisi foret in mortis arti culo cōstitutus: uel impedimēto longi tēporis / itineris siue ꝑpetui ꝑpeditus: quo casu confessor ipse dicti p̄sulis: Vica / rii: uel pœnitentiarii consilium requirere teneatur.

Cōtra sæculares potestates capientes nūcios eccle siasticæ curiæ: & nō ꝑmittētes l'ras ipsius curiæ sibi præsentari. x.

Q Vorundā īprobitatis sæculariū potestatū abusum nō uerētiū cape in dispēdiū ecclesiasticæ libertatis: & aīaꝝ suaꝝ periculū nūcios ecclesiasticæ curiæ: cum ꝑ eā ipsis potestatib' eosdē nūcios destinari cōtingit: ac etiā im / pedirī: ut sibi l'ræ ecclesiastici Iudicis præsentari nō possint:

propter: quæ clericorum iugulationem & rerum ecclesiasti carum amissionem peruenire experti didicimus reprimere cupientes præsenti ualitura perpetuo constitutione sanci/ mus: sacro cõsilio approbante: q nullus deinceps Vicari⁹: rector: potestas: uel iudex sæcularis quocunq; nomine: cu/ iuscunq; status uel conditionis extiterit ciuitatis: castri uel Burgi: uille: uel loci ĩtra nostram ciuitatem/diocesim/& p uinciam constitutus: uel ipsorum locorum uniuersitas nũ cios: seu nuncium archiepiscopalis/uel antistitis alicuius: uel alterius ecclesiastici iudicis: uel eius curiæ nostræ prouĩ ciæ capere uel capi facere: uel mandare: seu permittere per ministros eius Id fieri: seu in persona/uel bonis offendere quoquomodo præsumat/cum ad eos pro aliquibus litteris præsentandis: uel ambasiatis faciendis per ipsos Archipre/ sulem Antistitem/uel per ecclesiasticum iudicem fuerint de stinati: nec impedire quouis modo: quin ipsi nũcii possint ad eos pro prædictis accedere faciẽdis: et litteras prædicto rum Antistitum & iudicum ecclesiasticorũ præsentare eis/ dem: Alioquin in singulares personas quaslibet cõtrafaciẽ/ tes excõmunicationis sententiam ferimus in his scriptis uni uersitatem uero cuius omnes/uel maior pars uel consiliarii contrafecerint ecclesiastico supponimus ĩterdicto Postquã autem archipresuli/seu antistiti/uel alteri ecclesiastico iudi ci supradicto constiterit de malicia præfata: & contemptu Vicarii/rectorum potestatis/& ministri superi⁹ positorum: Liceat eis ambasiatam: monitiones: & litteras: & pcessus/ quos idem secularis Vicarius/siue rector: siue uniuersitas uel alii/ut superius est expressum sibi fieri/uel pronunciari

prohibuit. Et que contra ea subsequenter fuerint faciendi per ecclesiasticum dicta excōicatione durante publicare: & publicari facere in suis ecclesiis: uel aliis locis: seu loco uiciniori: ꝓut sibi posse fieri cōmodius uisum fuerit expedire. Et ipse monitiones: lr̃æ/& ꝓcessus/& eaꝝ pœnæ sic arctēt: uniuersitates easdem/& iudices sæculares: & alios supradictos sicut eis præsentatæ: & factæ personaliter extitissent.

De criminibus inducentibus excōmunicationem ipso facto. xi.

ENormia crimina sunt pœnis grauioribus ferienda. Ea propter constitutione præsenti sub obtestatione diuini iudicii prohibemus: super hoc admonitionem generalem publicam: & peremptoriam ī pn̄ti nostro prouinciali cōcilio faciētes. Quod aliquis infra nostram ꝓuinciam: ciuitatem uel dioecesim sponte homicidium/facto: aut consilio: seu mandato: uel suggestiōe: perpetrare de cætero nō præsumat: Aut maliciose in damnum cuiuscūq; ignem apponere per se: uel per alium: in alterius messes: ecclesiam: seu domum/seu dolose incendium cōmittere/uel arsuram aut ecclesiam aliquam: siue eius hostia: siue muros irrumpere uiolenter: uel in ea sacrilegium perpetrare: seu deprædationem uiolentam facere: uel rapinam/aut permanere publice in adulterio/uel incestu: siue cum muliere professa regularis obseruantiæ rem carnalem committere inhonestam/uel scienter in aliqua causa: siue in alterius præiudicium falsum testimonium proferre: uel falsum in iudicio

in damnum cuiusq; scienter facere & procurare: seu suade re: uel consulere fieri sacramentum: uel falsum conficere: uel cōfici facere in dispendium alicuius instrumētum/ siue scienter falsis instrumentis uti in alterius damnum/ siue lit teris: uel sigillis: uel quicquam dare alicui ad comedendū: bibendum: uel potandum/ aut quicquam operari aliud: propter quod non debeat concipi soboles: aut nasci/ siue abortum fieri. aut incantationes/ sortilegia auguria: uel ma lesicia/ quæ facturæ siue præstigiæ uulgariter appellantur: uel inuocationes demonum pro futuris/ uel iam cōmissis aliqb' præsciēdis: cōtrafacientes uero ī aliquo præmissorꝫ ex nunc in hiis scriptis excōmunicationis uinculo innodam'. Necnon executores/ siue cōmissarios decedentium/ & ipso rum hæredes: qui ultra mensem post terminum/ seu termi/ nos ab ipsis descedentibus constitutos/ uel qui post obitum defunctorum ultra menses nouem: ubi terminus non fue/ rit a decedente appositus distulerint soluere legata: uel in/ dicata per ipsos decedentes ad pias causas/ siue ad opera pie tatis: uel consignare: uel soluere pœnitentiariis/ aut officia libus super hoc per singulos antistites ī suis ciuitatibus no stræ prouinciæ deputatis/ uel inposterum deputandis. Et ea: quæ pro male ablatis incertis/ uel ipsorum restitutione legari: seu relinqui contigerit in futurum/ uel hacten' sunt legata a die publicatiōis præsentis in tam legatis/ quam iu dicatis ipsis nouem mensibus numerandis: decernentes ꝙ ipsorum executorum ultra dictum tempus negligentia: & hæredum defectus in soluendis/ & distribuendis prædi/ ctis per ipsos antistites suppleantur. Nihilominus contra

ipsos fidei cōmissarios/& hæredes per ipos pontifices & eorum officiales/ut prædicta exequantur/& soluantur: compulsione omnimoda adhibenda cum inuocatione si opus fuerit brachii sæcularis statuimus quoq; in præmissis ad cognitionem & executionem prædictorum posse ꝓcedi sine strepitu: & figura iudiciarii ordinis ex officio mero per singulos pontifices & eorum officiales: & uicarios eorumdem sub excōmunicationis pœna: mandantes constitutionem præsentem: seu eius substantiam: & effectū per parrochiales ecclesias ciuitatum nostræ prouinciæ: & diocesis in locis populosis ab ipsorum prælatis: & rectoribus singulis annis coram suis parrochianis pluries publicari.

De fide facienda institutionis post acquisitam possessionem beneficii corā diocesano uel eius uicario generali. xii.

Sæpe cōtingit: ꝙ aliqui minus canonice: alii uero per eos: ad quos non ptinet: instituuntur de facto ad ecclesias: & præbēdas: plæriq; autem ad illas temeritate propria se intrudunt: ꝙ propter ignorantiam facti: & eoꝝ quæ in facto cōsistunt diocesis ꝓpriis epis hoc ignorātibus ecclesiæ ipsæ p tales detinētur illicite occupatæ: qua pp uolentes piculis aīaꝝ obuiare: & institutiōes illicitas corrigere: sicut decet: additūq; intrusionib⁹ ꝑcludere remediis opportunis/ pn̄ti cōstitutiōe sancim⁹ ꝑpetuo ualitura/ ꝙ qcūq; de cætero in ciuitate: siue diocesi: uel ꝓuincia Mediolanen̄. adipiscēt: uel obtinuerint dignitatē: rectoriā: bn̄ficiū: uel præben

dam alicuius ecclesiæ regularis: monasterii: hospitalis: uel alterius pii loci/ab alio quam a suo diocesano epo: seu ar/chipsule: siue etiam ab alio/quam ab ipso institutus: uel cõfirmatus fuerit. ad eosdem postquam ipsius ecclesiæ: digni tatis: hospitalitatis/rectoriæ beneficii/uel præbẽdæ posses/sionem pacificam habuerit/uel per eum steterit/quo minus eam fuerit assecut⁹: quamuis de illa questionem in iudicio patiatur: faciat plenam fidem infra mensem de sua institu tione/exhibens sui tituli: institutionis iura coram proprio diocesano/pontifice/seu presule/uel eius: Vicario generali inspicienda/& examinanda per eum: & personaliter com/pareat coram eo iuxto impedimento cessante: ut qualis sit institutus huiusmodi cognoscatur. Qui uero legitimo: & necessario impedimento cessante prædicta contempserit: seu neglexerit obseruare a perceptione fructuum/& admi/nistratione usq; ad satisfactionem condignam ipsius digni tatis: rectoriæ/beneficii/& præbẽdæ ex uigore præsentis cõcilii sit suspensus: Et si per annum sic suspensus permanse/rit ipsa dignitate rectoria/præbenda/& beneficio sit priua/tus alii personæ liberæ conferenda. Et ad conscribendum talium iuriũ productiones/& præsentationes per singulos diocesanos deputari iubemus unum: uel duos notarios fi/de dignos cæteris hæc ad scribendum licentia interdicta: ne in his fraus aliqua cõmittatur.

Finis Constitutionum.

Tabula ad Inueniendum pascha per omne tempus.

Littera Domi/nicalis

Aureus numerus.

✠	A	B	C	D	E	F	G
1	A 9	A 10	A 11	A 12	A 6	A 7	A 8
2	M 26	M 27	M 28	M 79	M 30	M 31	A 1
3	A 16	A 17	A 18	A 19	A 20	A 14	A 15
4	A 9	A 3	A 4	A 5	A 6	A 7	A 8
5	M 26	M 27	M 28	M 29	M 23	M 24	M 25
6	A 16	A 17	A 11	A 12	A 13	A 14	A 15
7	A 2	A 3	A 4	A 5	A 6	M 31	A 1
8	A 23	A 14	A 25	A 19	A 20	A 21	A 22
9	A 9	A 10	A 11	A 12	A 13	A 14	A 8
10	A 2	A 3	M 28	M 29	M 30	M 31	A 1
11	A 16	A 17	A 18	A 19	A 20	A 21	A 22
12	A 9	A 10	A 11	A 5	A 6	A 7	A 8
13	M 26	M 27	M 28	M 29	M 30	M 31	M 25
14	A 16	A 17	A 18	A 19	A 13	A 14	A 15
15	A 2	A 3	A 4	A 5	A 6	A 7	A 8
16	M 26	M 27	M 28	M 22	M 23	M 24	M 25
17	A 16	A 10	A 11	A 12	A 13	A 14	A 15
18	A 2	A 3	A 4	A 5	M 30	M 31	A 1
19	A 23	A 24	A 8	A 19	A 20	A 21	A 22

M. Martium A. tibi signat Aprilē. accipe aureum numerum & litterā Dñicalē & discurre p lineas qa casula mediās tibi signabit pascha.

Ordo & stilus Curiæ Epalis Vercelleñ.

Augustinus Ferrerii dei/ & apostolicæ sedis gra Episcopus Vercelleñ. & comes curam pastoralis officii nostris humeris diuina gratia incombentẽ Iugi studio: ac mente sedula attẽdẽtes: animaduertentesq; ꝙ ad officium recti præsidis præcipue spectat a laboribus & sumptibus: quãtum ẽ possibile: releuare subiectos. Quia plærũq; causæ: quæ in nostris tribunalibus agitantur/ teste experiẽtia plus debito prorogãtur: quo fit/ ut persæpe per litigãtiũ abusus cauillationes: & diffugia lites quodammodo immortales efficiantur: ut sæpenumero inopes a persecutione iuris sui desistere compellantur: Nos propterea finem litibus cupiẽtes imponi/ & calumniarum materiam amputare prædecessorum nostrorum uestigia insequentes/ & aliqua in melius exigente uarietate temporum reformantes in causis: quæ in curiis nostris de cætero tractabuntur/ ordinem/ & stilum: qui sequitur præcipimus inuiolabiliter obseruari. Et si stilus ipe & ordo noster sit in aliquibus ac uariis suis clausulis in corpore iuris descriptus/ non lateat sapientes propter eos/ sed propter iuris ignaros curasse abuudantius quam etiam forte prima facie multis superfluũ uidebatur inferius describi/ & imprimi mandasse.

De seruitoribus Curiæ episcopalis. xi.

IN primis quidem ordinamus/ ꝙ In Curia nostræ ciuitatis Vercellaꝝ sint duo seruientes seu nuntii generales fide digni: qui antequam officium suum exerceāt iurent in manibus nostris seu uicarii nostri generalis fideliter suum officium exercere/ ac publice in pectore signū nostrum portare/ ut ab aliis cognoscātur: quoꝝ unus semper intersit loco/ & hora iuris quando officialis noster sedebit in tribunali pro causis audiendis & decidendis: qui citationes relationes: & alia/ quæ tūc ibidem occurrunt: prout ei⁹ incumbit officio/ ualeat expedire: Quodq; citationes: iniūctiones/ & præcepta ac similia: quæ fient uerbo/ & sine scriptis per alium: quam per alterum nostrorum nūciorum iuratorum nullius ualoris existant: nisi forte in eorūdem absentia per aliquem clericum fidedignum id fieri contingat.

2

¶Item ordinamus/ ꝙ citationes: Intimatiōes/ & præcepta/ monitiōes/ & similia: quæ per litteras fieri continget: ita demum sortiantur effectum/ si subscriptæ fuerint per secretarium nostrum: seu aliquem eius expræsse substitutum: aut per alium in eorūdē absentia de nostro aut uicarii nostri generalis mandato/ & nostro fuerint sigillo munitæ.

3

¶Item ordinamus/ ꝙ relationes: quæ fient a tergo litteraꝝ: tunc acceptentur ab officialibus nostris/ & secretariis: cum descriptæ fuerint p manū sacerdotis/ uel p manū notarii publici: cū sui signi tabellionat⁹ aut manualis appositiōe: alias fides ipsis nō adhibeat̄: nec per sup litteris aliter relationem factā possit qs contumax reputari: quodq; quis non prius

contumax reputetur: quam per debitam relaxationem con ſtiterit eum/ut iuris eſt/legitime fuiſſe citatum.

4 IVris ordinem ſequentes ordinamus/ ꝙ ſi quis per citationem fuerit perſonaliter apphēſus/ & non curauerit legitime cōparere: poſſit excōmunicari/ uel cōtumax reputari abſq; eo/ꝙ cōtra ipſum aliæ purgatoriæ litteræ decernantur/quas purgatorias uolumus concedi contra eos/ qui non fuerint perſonaliter appræhenſi. Tamen ſi quis ſit perſonaliter citatus: & poſt oſtenderit ſe fuiſſe taliter impeditum: ꝙ non per ſe nec per alium potuit comparere: tunc ſine purgatione alicuius contumatiæ abſoluatur.

5 ¶Item ordinamus: ꝙ nullus de cætero procuratorio nomine alicuius perſonaliter citati uel moniti uel actoris admittatur: niſi realiter ſuæ procuræ documentum exhibeat: nec ſufficiat ei: ſi apd ſecretarium noſtræ curiæ dicat ipſum mādatum exiſtere: cui etiam prodeſſe nolimus mandatum alias in alia cauſa productum. niſi realiter iterum producatur.

6 ¶Quod iuris eſt adimpleri uolentes ordinamus: ꝙ ſi pars propter inundationes aquarum: aut aliam temporis intemperiem ſe aſſerat comparere non potuiſſe: officiales noſtri æquitate & locorum diſtantia/ & aliis occurrentibus recte penſatis arbitrentur: quando a contumacia: & expenſis ualeat excuſari: ſuper quo ipſorum conſcientias oneramus.

7 ¶Itē ordinamus: ꝙ cū qs citabitur reſpōſurus petitionib9:

& domandis alicuius: citetur etiam ad omnes & ſingulos actus ſucceſſiuos & neceſſarios in ipſa cauſa uſq; ad ſententiam diffinitiuam incluſiue: hoc autem uolumus poſſe fieri: ſi pars actrix hoc requirendum duxerit. 8

¶Item ordinamꝰ: ꝙ reo citato legitime cōparēte: Si actor ſuam in primo termino nō exhibuerit petitionem reo in expenſis legitimis illius dietæ condemnetur: cū uenire debeat paratus: nec prius audiatur: quam expenſas ipſas realiter reſtituerit. 9

¶Item ordinamꝰ: ꝙ ſi per procuratores partes ambæ compareant: mādatorum copia ad dicendum contra ad primā iuridicam decernatur/& tunc ſi ſuper mandatis dubium reperiretur: ad aliam primam iuridicam ad audiendum ordinationem terminus aſſignetur: In quo ſuper legittimatione perſonarum declarēt: & ſi ſolum generales exceptiones apponantur: mandata ipſa pro ualidis declarentur.

x

¶Item quia ſæpe per calumniam notoria denegātur ut puta/ꝙ quis non eſt notarius: autem coniuncta perſona: uel huiuſmodi: ordinamꝰ igitur ꝙ officiales noſtri ad tales malignantes & diffugia repellerē. ſtatim & ſumarie a circunſtantibus informationes aſſumāt/& ueritate comperta ſuper tali oppoſitione pronuntient & declarent prout ſecūdū iuſticiam/& æquitatem eis uiſum fuerit faciendum.

xi

¶Item ordinamus/ꝙ oblato libello & decreta copia ſumptibus actoris reo terminus peremptorius aſſignetur ad

ſecundam proximam iuridicam ad omnes exceptiones di/
latorias proponẽdo: In quo ſi aliquas opponat exceptiones
legitimas audiatur/& de illis agnoſcatur: q̄to citius fieri po
terit: alias aũt ſi ſolum oppoat generalia: eidem aſſignetur
terminus ad primã iuridicam ſub excõis pœna ad litem le/
gitime conteſtandam. Si cauſa eſt prophana: quæ litis con
teſtatio fiat clare per uerba nego narrata prout narrãtur in
libello uera eſſe: & dico petita prout petuntur fieri nõ debe
re: animo litem conteſtandi. Si autem ſit cauſa ſpiritualis
aſſignetur terminus ad primã iuridicam ptibus principali/
bus/& etiam ꝓcuratoribus: quando ꝑ procuratores litigãt
ad iurandum de calumnia. Idemq; de iuramẽto calumnie
in cauſis ꝓphanis lite conteſtata uolumus obſeruari.

xij Item inſequẽtes antiquum ſtillum: & uiſitatum morem
curiæ declaramus ꝙ in cauſis paruarum/& modicarũ ſum
marum: quas infra ſummam florenorũ decem paruas eſſe
declaramus: ita ſolemniter/& rigoroſe ꝓcedi: ꝙ expenſæ li
tis rem petitam non excedant/quia ab honeſtate/& euan/
gelio non eſt dubium obuiare: ordinamus iccirco ꝙ officia
les noſtri huiuſmodi cauſas ĩ litis exordio: ad deum & cha/
ritatem proximi reſpectum/habentes ſi fieri poterit concor
diter decidant/alias quanto citius fieri poterit ſine ſolemni
tate libelli ſummarie ueritate habita caulationibus/& diſ/
fugiis penitus reſectis diffinire procurent.

xiij Item ordinamus: ꝙ ſi ꝓcuratorẽ propter cõtumaciã ſua
ĩn nõ reſpondendo iuterrogatoriis: libello uel poſitionib⁹:

aut alias excōmunicari cōtingat: citetur principalis sub ex cōmunicationis pœna ad sui procuratoris contumaciā purgandam: ad quam purgandam si legitime citatus contempserit comparere: excōmunicetur. xiiij

¶ Item quia sæpe cōtingit: ꝙ altera partium assignatur: ad dandum libellum: uel libello respondendum: uel aliud faciendum solutis sibi prius per partem alteram expensis con tumacialibus: in quibus fuerat condemnata / & propter contumaciam non soluentis pars assignationi satisfacere recusat: ordinamus / ꝙ pars non soluens id: ad quod fuerat assignata: si propter non factā solutionē ꝓcessus retardat̄: in expensis propter retardationem omnino condemnetur. xv

¶ Item quia in dilationibus probatoriis reperimus in curiis nostris satis obscure consueuisse procedi: ut puta / qa dātur tres dilationes ad probandum simpliciter / etiā si in prima: uel secunda nihil probatum fuerit: uel ꝓbare temptatū: qđ a iure & æquitate non dubitamus plurimum disonare: ordinamus / ꝙ de cætero: cum quis siue sit actor / siue reus intentionem: uel exceptionem suam probare uoluerit: siue per instrumenta / uel scripturas / aut testes probare intendat: eidem dierum quindecim ad probādum dilatio detur: In qua: si instrumenta: uel scripturas: uel testes nón producat: sed aliam petat dilationem: eidem non detur: nisi saltem per iuramentum proprium probet se instrumenta: uel scripturas: aut testes: per quos probare intendit: habere non potuisse: & de habendo diligentiam fecisse:

ſi autem iurare noluerit : tunc in expenſis dilationis præambulæ occaſione factis condamnetur. Et in utroq; caſu uidelicet cum iurauerit: aut iurare noluerit: alia octo dierũ ad probandum dilatio concedatur: in qua ſi nihil probauerit: nec probare attemptauerit: ut puta quia nec inſtrumenta nec teſtes produxit. ſi aliam petat dilationem: eidem nullatenus concedatur: niſi in prima iuridica ſufficienter probet ſe non potuiſſe ſuas probationes adducere legitimo impedimento præpeditus. & ꝙ de habendo illas optimam diligentiam fecit: & ipſo caſu impedimento probato alia ad probandum decem dierum dilatio ſibi detur: in qua ſi probationes adduxerit: & nihilomin⁹ quartam dilationem ad probandum petat: eidẽ cum ſolemnitate legali dilatio dierum octo ad probandũ cõcedat̃: Si uero in tertia nihil probauerit: & quartam ſibi requirat concedi: eidem nullaten⁹ concedatur: niſi in prima poſt iuridica ſufficienter probet: ꝙ probationes ſuas facere non potuit impedimento legitimo impeditus: & tunc ſi impedimentum probauerit quarta cum ſolemnitate legali dierum octo ad probandum dilatio cnncẽdatur. poſt quam dilationem: nulla dilatio detur. Volumus tamen ꝙ pro nobis iura redentes poſſint longiores ad probandum dare dilationes: ſi eis uiſum fuerit expedire: ſuper quo ipſorum conſcientias oneramus.

CVI

¶Item ordinamus: ꝙ datis/& productis capitulis ad primam Iuriſdicam ſequentem ad dicendum contra aſſignetur pars: & tunc ſi aliquid legitime opponatur: & celerius fieri poterit: expediatur. Alias ſi ſolũ generalia opponant̃.

cũ clausula solita saluo iure &c. Ipsa capitula admittãtur: & partes facta admissione ex tunc confidentes eligant: & ad interrogatoria tradendũ: ad aliã primam iuridicam assi gnentur: & tunc examen testium cõmittatur sub dilationi bus/& modis supra proxime: ac infra in decimo sexto capi tulo annotatis.

xvij

¶ Item quia sæpe contingit: ꝙ requiritur examen testium extra curiam nostram cõmitti: super quo contradicente ad uersario plurimum disputatur: ordinamus: ut examen te/ stium extra curiam nostram non cõmittatur: nisi partes ex presse consentiant: uel nisi testes examinandi essent sub iu risdictione uicariorum nostrorum foraneorum: & tũc par te producente instante examen uicario nostro foraneo: sub cuius iurisdictiõe erunt testes noĩati committatur: aut si te stes nominati essent personæ egregiæ: uel mulieres aut ua/ litudinarii: & tunc secundum arbitrium iurisdicẽtis nostri examen cõmittatur: aut si pars producens esset adeo pau/ per/ꝙ expensas pro testibus producendis/ & examine sub/ stinere nõ posset: Quod arbitrio uicarii nr̃i relinqmus &c.

Xviij

¶ Item quia sæpe pars probare uolens requirit longiorẽ di/ lationem/ asserens se testes in partibus longinquis habere in subsidium litteras requirẽdo: quod sæpe calumniose fie/ ri contingit: ordinamus/ꝙ dilationes non dentur: nec litte/ ræ in subsidium: nisi prius nominet testes illos: quos remo tos asserit: & iuret quod malitiose dilationem lõgiorem seu litteras in subsidium non requirit: quo iuramento præstito

longiores dentur dilationes ſecundum locorum diſtantiā/ & cauſarum naturā: prout arbitrabitur æquitas iuſdicētis.

xix ¶Item quia ſæpe contingit/ ꝙ pars conuenta ſuper produ/ ctis per actorem: de quibus ipſe actor ſuis ſumptibus co/ piā reo facere tenetur: deliberare non poteſt in termino ſibi per iudicem aſſignato/ ꝑpter defectum actoris copiam nō tradentis: ordinamus/ ꝙ ſi actor realiter non tradiderit co/ piam reo per ipſum productorum de his: de quibus ſum/ ptibus actoris dari copia cōſueuit/ & tali tempore/ ꝙ ſuper ipſis deliberare non potuerit/ ꝙ ipſe actor dicto reo in ex/ penſis dictæ dietæ condamnetur: Nec illa dilatio ſiue aſſi/ gnatio ipſi reo computetur: īmo noua eidem concedatur. Idem etiam de reo ordinamus obſeruari in hiis: de quibus eſt ſumptibus rei actori copia exhibenda.

xx ¶Item quia poſitionum neceſſarium uſum: quem pro faci liori cauſarum expeditione antiquitas ad inuenit: perſæpe quorundam conſcientia in abuſum conuertere nititur: or/ dinamus/ ꝙ poſitionibus productis/ & legitime iuratis ad dicendum de impertinētia alias reſpondēdum/ pars aduer ſa ad ſecundam poſt iuridicam aſſignetur: & tūc ſi per par tem dicatur/ ꝙ poſitiones ipſæ non ueniunt admittendæ ſu per admiſſione uel repulſione/ in prima poſt iuridica decla/ retur: ſi uero ſolum generalia opponātur cum clauſula ſo/ lita: poſitiones ipſæ admittantur: & in utroq; caſuum præ/ miſſorum pars aduerſa aſſignetur præciſe ad primam poſt iuridicam ad ipſis poſitionibꝫ ſufficienter/ & legitime reſpō dendum: ordinantes ꝙ quando per principales poſitiones

asserũtur: ex aduerso: si requiratur p principales respõsio: deẽ: alias per ꝓcuratorem sub iuramẽto calumniæ ĩ aĩam propriam præstito possit responderi: & si per principales re spõderi reqratur: quãdo per principales asserte fuerũt: tũc congruus terminus ipsi principali: si præsens sit ad respon/dendũ positionibꝰ præcise assignetur: alias eius ꝓcuratori/cum principalis absens fuerit secundum locorum distantiã & temporis qualitatem assignetur ad præsentandum prin/cipalẽ positionibꝰ sufficiẽter/ & legitime responsuꝝ: in quo termino si principalis per se aut p specialem & sufficiẽtem ꝓcuratorẽ positionibus ipsis nõ responderit: nisi obstet le/gitimum impedimentum: de quo constet aut cõstari faciat infra triduum saltem per proprium iuramẽtum positiones ipsæ in odium non respondentis etiam in casibus primo lo/co supra positis pro confessis habeantur. xxi.

¶Item quia iuramẽta: quæ sine interitu salutis æternæ ob seruari possunt: sunt penitꝰ obseruanda: ordinamus: ne uiã periuris apparire uideamur: quod de cætero non relaxenẽ iuramẽta: nisi prius ad dicendum quare relaxatio fieri non debeat/ pars aduersa uoceẽ/& constito ꝗ de iure ita fieri de buit. Quod tñ iuramẽtum post contractum ꝑiuriũ nolimꝰ relaxari: nisi ꝑstitum esset sup tali contractu: uel articulo p iurantem præcise: uel simpliciter non ligaret. xxij

¶Item ordinamus: ꝗ si cõtingat notarios assessores nr̃os: uel praticantes in nostris curiis: qbus praticãtibꝰ consueuit examen testium cõmitti: allegari suspectos: talis allegatio suspitionis nõ admittaẽ: nisi talis suspitionis cã: cũ suspitio

opponetur: exprimatur: ꝓpter quam debeat merito suspe/ctus haberi: & suspitionem talem proponens iuret causam suspitionis allegatam ueram fore: & ꝙ eam ex malicia nõ ꝓponit. Et tunc assignentur partes ad primam iuridicam ad dandum suspectos/& confidentes. Et si in eligendo dis/cordauerint: tunc iudex cõmittat/prout/ & cui sibi melius uisum fuerit/expedire.

23 ¶Item/quia sæpe praticantes sine mandato in aduertenter pro agentibus/sine conuentis in causis admittuntur: & ꝓ/cessu tẽporis asserunt se procuratores non esse: nec uelle ul terius comparere: & sic iudicium redditur illusorium/sicq; partes sumptibus/& expensis frustantur: ordinamus/ꝙ si/quis procuratorio noĩe alicuius: cum eius ꝓcurator nõ exi stat: comparuerit/ipse sic comparens expensis in causa ipsa factis condemnetur parti: contra quam repertus fuerit cõ/parere: nisi is: ꝓ quo comparuerit: gesta per eum expresse ratificet: quo casu ad restitutionem expensarum procurato rem teneri nolimus: nisi propter ipsius procuratoris in suffi cientem comparationem fuisset processus in aliquo retar/datus/quia tunc principalem ratificantem ad retardatiõis expensas uolumus teneri.

24 ¶Item quia propter absentiam procuratorum sæpenume ro cum dispendio litigantium causas ad idem prorogari cõ tingit: ordinamus/ꝙ si de cætero aliqs procurator: postquã per mandatum aut per constitutionem apud acta personã suam legitimauerit: se absentauerit/ legitimo non dimisso

procuratore in instrumento/uel actis secum cōstituto: uel ab ipso idonee substituto: qui causas eius prosequatur: talis procurator se absentans parti comparenti in expensis illius dietæ condamnetur: quas de sua bursa resarciat in manib⁹ iusdicentis ante: q̃/ut procurator in nostris tribunalibus audiatur.

25

¶Item quia minores uigintiquinq; ānis: uti procuratores/ad iudicia iura non admittunt: eosdem in curiis nostris admitti prohibemus.

26

¶Item quia sæpe ad impediendum/ seu differendum cursum litterarum monitorialium/quæ a nostris curiis conceduntur quam plures friuolæ se opponūt: Ordinamus ꝙ tales oppositores parti impetranti in expensis legitimis factis ultra primam assignationem condamnentur.

27

¶Item quia sæpe contiugit ꝙ rei: quorum est fugere maliciose ad differendum iudicia: quorum finem appetimus: suas exceptiones peremptorias sepatim opponunt de una ad aliam: licet forte eis non competat: transeundo: Quod officiales nostri: si eis uidebitur: ipsis reis assignare possint unum terminum peremptorium: infra quem omnes exceptiones peremptorie exponātur. post quem nullatenus audiātur: nisi de nouo exortæ fuerint: aut is: qui proponit fidem faciat proprio iuramento post primi termini lapsum ad eius noticiam peruenisse: quibus legitime ꝓpositis proponenti congruus terminus ad probandum easdem assi/

gnetur iuxta tenorem capitulorum in superioribus de dilationibus probatoriis annotatis.

28 ¶Item: quia saepe obscuritatis exceptio obiicitur contra cōfessiones: quae fiunt in iudicio: & maxime litteris monitoriis: & responsionibus: quae positionibus/ & interrogationibus dantur. Ordinamus ꝙ talis excipiens specificare teneatur ubi/ & in quo obscuritas continetur/ & si obscuritas fuerit: assignetur aduersarius ad ipsam declarandum infra terminum per iudicem statuendum: quo lapso si positiones uel interrogatoria fuerint: pronuncietur id super quo fuit confessio uel responsio data in ea parte/ qua minus legitime est responsum/ uel confessum: pro confesso uel negato prout melius cōcernet fauorem aduersarii: si autem fuerit ipsa confessio obscura super litteris monitoriis: & infra ipsum terminum confitens non curauerit legitime declarare tunc nemine excluso litterae in genere concedantur.

29 ¶Item quia intelleximus in curiis nostris propter uarias: & multiplices capitulationes: & positionum productiones: quae plaerumq; calumniosae fiunt separatim causas immortales effici: & ultra quinquēnium prorogari: ordinamus/ ꝙ officiales nostri: si post primam capitulatiōem: uel positionum productionem: & datis congruis dilationibus ad probandum uelit eadem pars capitulare: uel ponere: possint: si eis uisum fuerit: ipsam partē/ & partes ambas: si status causae patiatura: assignare ad congruum terminum peremptorium eorum arbitrio moderandum/ ad proban/

dum:& probatum habendum per omnia genera probatio num/ quicquid probare intendunt: & uolunr poſt quem terminum nulla probatio admittatur: niſi ex cauſa de no/ uo ſuperueniente/uel niſi pars probare uolens iuret proba tionem: quam facere intendit habuiſſe ad noticiam poſt lapſum ipſum terminum.

30.

¶Item ordinamus/ ꝙ ſententia aliqua ſiue ſit interlocuto/ ria: ſiue diffinitiua per noſtros uicarios nó feratur: niſi pro ceſſus: ſuper quo ferri debebit: ſit per ſecretarium noſtrum debite ſubſcriptum/quem ſubſcribi prohibemus/priuſquã fuerit cum regiſtro cauſarum debite collatus.

31

¶Item ad tollendam omnem ſuſpitionem ordinamus/ ꝙ omnes ſententiæ diffinitiuæ: quæ per officiales noſtros pro ferentur Sigillo noſtræ curiæ ſigillentur: alias deficiente ſi/ gillo ad executionem earũdem non procedatur: ordinantes ꝙ pro ſigillo ſententiæ florenoꝝ decẽ/groſſi duo ſabaudiæ: & non amplius exigãtur: ab inde ſupra pro quibuſlibet flo renis decem groſſi duo ſabaudiæ.

32

¶Item quia ſæpe aſſignatione facta ad ordinationem au/ diendum ſuper aliquo emergente: uel etiam incidente pro/ pter negligentiam partium/proceſſus Vicario ſeu aſſeſſo/ ri noſtro non portantium cauſæ ad idem cum diſpendio pluſquam deceat prorogantur: ordinamus/ꝙ ſi pars: quæ exceptionem: uel obiectum oppoſuit: propter quam uenit

interlocutio proferenda facta assignatione ad audiendum ordinationem/processum completum Vicario uel assesso ri nostro non portauerit tali tempore/ꝙ ordinatio die assi/ gnata ualeat promulgari in omnibus retardationis expēsis parti contrariæ condamnetur/nisi defectu scribarum uel partis alterius processum nequisset habere: quo casu: si de hoc constet: saltem per ipsius iuramentum ab expensis ex/ cusetur.

33

¶ Iuris ordinem sequi uolentes enixe præcipimus: & ordi/ namus/ꝙ ad executionem alicuius sententiæ non proce/ datur: nisi ipsa sententia in forma debita realiter exhi/ beatur.

34

¶ Item quia per malitiosas obiectiones: quæ plærūq; in sen tentiarum executionibus opponuntur propter immodera/ tas dilationes: quæ ad probandum ipsas exceptiones con/ ceduntur: comperimus quandoq; longiores in executione fieri processus: quam cōfecti fuerint in causa principali: or dinamus/ꝙ cum executio sententiæ uel condamnationis de cætero peti contingit: pars rea assignetur ad primā iuri/ dicam ad opponēdum cōtra executionē sniæ: ꝗ petit̄ pcise & peremptorie quicqd opponere uult & intēdit: & si in ipa dieta aliqd legitimū opponat: eidē assignet̄ terminus qnde cim dierum ad illud præcise & pemptorie cōprobādū: post quē terminū: si obiecta probata nō fuerint: litteræ executo riæ concedantur: nisi iudex uiderit ex causa legitima aliam

dilationem concedendam: quod eius arbitrio relinqm⁹ &c.

35

¶Item ordinamus/ ꝙ cædula siue scriptura ī curiis nostris non admittatur: nisi subscripta sit manu doctoris uel iuris/ periti: qui saltem studuerit triēnio in studio generali: super quo ipsius subscribentis iuramento credatur: si contra ipm ꝙ non studuerit per aliquem opponat̄: nisi esset cædula: in qua quis confiteretur in exoneratione cōscientiæ uigore generalium litterarum.

36

¶Item Ordinamus/ ꝙ nullus procurator ad procurādum in curia nostra de cætero admittat̄: nisi pri⁹ in manu nostra uel uicarii nostri præsentem stillum/ & procedēdi ordinem fideliter iuret obseruare.

37

¶Item ordinamus: ꝙ pro quolibet memoriali ꝓcessuum: ac quolibet folio ac sententiis: & aliis litteris nostris: & pro salario procuratorum exigatur: prout hactenus exigi con/ sueuit: uidelicet pro quolibet memoriali siue folio grossus unus sabaudiæ: & pro qualibet sentētia interlocutoria ui/ delicet ꝓ scriptura grossi duo similes: & ꝓ scriptura cuiusli bet sententiæ diffinitiuæ florenorū uiginti grossi octo sab. abinde infra arbitrio iudicis: ab inde supra pro rata dictoꝝ grossorum octo pro uicenis florenis.

38

¶Item ordinamus/ ꝙ in taxatione expensarum habeatur ratio tam processuum: quam itineris uidelicet si pars uenit eques: & sit talis: quæ consueuit equitare: taxētur pro qua

libet dieta legali grossi quattuor sabaudiæ. Si uero non sit
talis persona: uel pedes uenerit grossi duo similes/& expen
sarum nunciorum ratio non habeatur. nisi iurent in mani/
bus iusdicētis ob causam illam/ & nō ob aliud aduenisse.

39

¶Item cum in multis iuris articulis infinitas improbetur:
ordinamus: ꝙ per litteras citatorias: uel monitorias cōces/
sas: & contra in pede ipsarum litterarum nominatos: ultra
quattuor in iudicio non ualeat euocari. Quorum nomina
in primo citatorio exprimat impetrator.

40

¶Item ordinamus: ꝙ pro contumatia: si quis fuerit excom
municatus: & petierit se absolui: soluat pro litteris absolu/
toriis grossum unum sabaudiæ/ & tantūdem pro sigillo:
Quādo infra unū mēsem stetit in excōmunicatione: Si ue
ro ultra dictū mensem in prædicta excōmunicatione stete/
rit: si est clericus: grossos sex sabaudiæ: si est laicus: gros/
sos sex Mediolani uidelicet pro qualibet mensis die: qua in
excōmunicatione perseuerauerit ultra pteritū mēsem decē
dies/ad fabricam episcopalis palatii conuertendos.

41

¶Item ordinamus/ ꝙ si contingat aliquando inaduerten/
ter forte stilum & ordinem non seruari suprascriptum: dū/
modo non omittantur substantialia: quæ alias de iure com
muni redderent processum nullum: non propterea proces
sus sit nullus: nec etiam anullandus.

42

¶Item quia sæpe contingit in curiis nostris aliquos in per/

ſonam ſuorum ſpecialium procuratorum ad confitendum debita: & ſuſcipiendum condemnationem: & cenſuras cō ſtitutorum ad ſoluendum infra certum terminum: ſub pœna excomunicationis cōdānari: Ordinamus/ꝙ antequam contra talem condamnatum excōmunicatio feratur: prius ſibi perſonaliter ipſa condemnatio intimetur: & ad dicen/dum contra eam quicquid uoluerit infra certam diem cite/tur: alias ſententia excōmunicationis aliter lata nō teneat.

43

¶Item quia audiuimus plæroſq; furtiue de noſtra cancellaria: inſtrumēta: litteras: ſcripturas: ac proceſſus: & iura iudicialiter producta ſubtrahere non uereri: ordinam9/& prohibemus ſub pœna excōmunicatiōis: ne quis de cætero de cācellaria noſtra ſcripturas aliquas publice uel oculte/etiā ſi ad ipſum ſpectarent reportare uel extrahere/uel ſubtra/here præſumat: niſi per manum noſtri cancellarii: ſeu ſecretarii: uel eius locumtenētis de cōſenſu tamē præfati cancellarii: & ſi quis contrafecerit ipſo facto ſententiam excōmunicatiōis incurrat/a qua per alium abſolui non poſſit: niſi per nos uel Vicarium noſtrum. 44

¶Item ordinamus: ꝙ creditore iuſtrumentum crediti uicario uel officiali noſtro in publicam formam exhibēte/fiant litteræ compulſoriæ contra debitorē: quatenus infra ſpaciū quindecim dierum quātitatem ſeu debitum: de quo in ipſo inſtrumēto/debeat ipī creditori realiter perſoluiſſe/aut ſe cū eodē amicabiliter cōcordaſſe: aut ſi ſe ex eo ſentiat agrauari: ipā die qntadecima corā uicario uel officiali nr̄o cōpareat de infraſcriptis unū allegatur9/uidelicet ſolutionē/aut

crediti cōpenſatione͂/aut de non petendo promiſſione͂: uel inſtrumenti falſitatem/ alias ipſo non ſoluente/ uel in ter/mino ipſo de præmiſſis aliquid non opponente: niſi legiti/mū impedimentum eum excuſet/ quod committimus ar/bitrio iudicātis: cōtra ipſum excōmunicatoriæ litteræ decer nātur: ipſo uero debitore comparēte/& præmiſſorum ali/quod opponente unicus terminus peremptorius congruus iuxta cauſæ/ temporis/& occurrentium qualitatem ad pro bandum/& probatum habendum aſſignetur: quo elapſo/ & non probante: ad ipſius inſtrumēti executione͂ ꝓcedat̃.

¶Ordinamus/ Inſuper: ꝙ pro monitionibus generalibus non poſſint capi: niſi groſſi duo ſabaudiæ: & nō tradantur abſq; deſcriptione capitulorum: pro quibus ſic ſcribendis uolumus: & mandamus: ꝙ ſecretarius noſter ac ſcribæ in ſcribania noſtra reſidentes nō poſſint exigere niſi groſſum unum ſabaudiæ pro quibuſcunq; capitulis in pede ipſarum monitionum deſcribendis ſub pœna dupli.

Sequitur rotulus taxæ.

REuerēdus in Chriſto pater & Domin' Dn̄s Augu/ſtinus Ferrerii: dei & apoſtolicæ ſedis gratia Epiſco/pus Vercelleñ. & comes/in initio ſuæ promotiōis ordinem gerendis in ſcribania ſua dare/& imponere uolens: Audito ꝙ in taxis expeditionum præſertim in hiis: quæ ſpiritualia concernebant: nonnulli exceſſus cōmittebantur: his obuia re intendens taxas fecit inferius deſcriptas: ſecūdum quas

exigi uoluit districte præcipiendo tam secretariis/ & Sigil/ liferis: quam cæteris: qui pro tempore officium ipsum exer cuerint: ne pro quibusuis expeditionibus aliquo quæsito colore: siue pro celeriori expeditiōe ultra emolumenta hu/ iusmodi quicquam exigere audeant: uel præsumāt sub pœ na restitutiōis dupli: In quarum quidem expeditionum ta xis in quibusdam stillū & usitatum exactionis modū secu tus: in plærisq; moderando detraxit: quia in illis prior taxa illicita a canonibusq; damnata uidebatur: ut igitur præmis sa omnibus ad cancellariam confluentibus pro expeditioni bus ab eadem reportandis innotescere ualeat: taxam sæpe dictam in loco publico ubi secretarius sedere consueuit ad easdem expeditiones faciēdas muro affigi: ac in calce libel li: qui stillus curiæ uulgariter nuncupatur: & constitutio/ num synodalium/cum primum illas de nouo in prima sy/ nodo bublicari continget: describi uoluit/& mandauit ad futuram memoriam.

¶Et primo pro litteris citationum simplicium grossus un⁹ & totidem pro sigillo.

Pro litteris citationum cum inhibitione grossus unus cum dimidio: & totidem pro sigillo.

Pro litteris sequestri totidem.

Pro litteris simplicis excōmunicationis totidem.

Pro litteris agrauationis totidem.

Pro litteris regrauationis totidem.

Pro litteris maledictionis totidem.

Pro lrīs commissionis: ꝙ litteræ alicuius exequantur grossi tres & totidem pro sigillo.

Pro interdicti grossi octo: & totidem pro sigillo.
Pro litteris absolutiõis ab excõmunicatione simplici grossi duo & totidem pro sigillo.
Pro litteris absolutionis ab aliis censuriis grossi tres: & totidem pro sigillo.
Pro litteris relaxationis ab interdicto grossi octo & totidẽ pro sigillo.
Pro litteris aliarum prouisionum iustitiæ grossus unus cũ dimidio & totidem pro sigillo.
Pro litteris admissiõis cõpatrum ultra numerum pro quolibet cõpatre grossus unus: & totidem pro sigillo.
Pro litteris collationis primæ tonsuræ: & quorumcũq; ordinum: & idem in dimissoriis pro qualibet grossi tres & totidem pro sigillo.
Pro litteris erectionis Capellanie cũ reseruatiõe iurispatronatus floreni duo: & totidem pro sigillo.
Pro litteris erectionis simplicis oratorii florenus un⁹: & totidem pro sigillo.
Pro litteris collationis & institutionis beneficiorum floreni tres: & totidem pro sigillo.
Pro litteris consecrationis ecclesiarum benedictionis abbatis, & abbatisse & uirginũ grossi decẽ: & totidẽ ꝑ sigillo.
Pro litteris expeditiõis dispensationum in gradibus prohibitis a Ro. cu. reportatarum florenus un⁹ & totidem ꝑ sigillo.
Pro lr̃is cõmissiõis q̃staꝝ florenus un⁹: & totidẽ ꝑ sigillo.
SAlua semper donatione: quam questores cameræ episcopali de ãtiqua cõsuetudine facere soliti sunt:

quam propterea diminuere nō intendit: ſed illam recupari uoluit: & p elemoſinariū ſuū Xpi paupibus erogari. in cæteris autem exactionibus pro ſcripturis pceſſuum ſeruari uoluit ātiquum ſtillum: de quo in libro ſtilli prædicti ſerio ſius ſupra continetur.

¶ Pro ſententiis uſq; ad ſummā. l. ducatorū poſſit capi medius ducatus: & a. l. ducatis ſupra capiatur unus ducatus: & non ultra.

¶ Item pro condemnationibus uoluntariis ſeruetur uſus: & conſuetudo antiqua: uidelicet de capiendo denarios ſex pro libra.

TAbula conſtitutionū Synodalium Vercelleñ. Eccleſiæ editarum: & publicatarum in ſynodo prima poſt aſſumptionem epiſcopatus Vercelleñ. per Reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominum dñm Auguſtinum Ferrerii dei gratia epiſcopum Vercelleñ. & comitem: quas ſtatuit & ordinauit populo publicari per quoſcunq; eccleſiarum rectores bis in āno in quadrageſima: & de mēſe nouembris præſertim: quæ per. P. ī margine ſignate ſunt: ſub pœna ducatorum duorum fabricæ epiſcopali applicādo℞: ſtatuit inſuper: ꝙ unuſqſq; ī ciuitate: & dioceſi Vercelleñ. beneficiatus teneatur ipſas conſtitutiones habere: ſub pœna duorum florenorum: & ut facilius haberi poſſint: illas imprimi faciendas: & condecenti prætio omnibus tradendas Venerabili uiro domino presbytero Iacobo Carrarino decretorum doctori Canonico Bugellæ: & ſanctæ Agathæ capellano ſuo cōmiſſit: qui ordinauit: ut infra.